

*Il coram qu
fecit nos;*

... & hoc prius naturaliter quam agendum, & semper prius pati quam agere. Detur enim ad agere Dei ad extra, in quo Deus non patitur, vel non prius patitur, quam agit; tunc ut prius, Deum agere ad agitur, quia non externaliter, sed nouiter habet esse: agitur ergo per aliquod agi ipsum praecedens; quare & Deus prius ibi naturaliter patitur quam agit. Similiter quoque posse arguere, nullum esse primum agere Dei ad extra: Detur enim ad primum; Tunc (ut prius) ad agitur, quia non externaliter, sed nouiter habet esse; agitur ergo per aliquod agi praecedens, & omne agi sit per aliquod agere prius illo. Illud ergo agi, & ad primum agere, aliud agere causaliter & naturaliter antecedens. Ex his igitur evidenter appetet non esse necessarium de quilibet novo agere, quod ipsum agatur per aliquod agi naturaliter prius illo, immo nec per aliquod agere prius illo, sed per aliquod agens causaliter, & ideo naturaliter prius illo. Cum igitur arguis, voluntatem agere agitur; ergo per aliquod agi prius naturaliter non oportet. Primum enim suu agere agitur per Deum & per ipsam, non per aliquod suu agi, aut agere temporaliter aut naturaliter antecedens. Si quis tamen voluerit dicere, quodlibet agens creatu prius naturaliter pati quam agere, quia in agendo subiectum, & posterioratur Deo agenti, probabilitate multum potest, & concorditer dictis multorum, & sic loquendo de pati, ratio non procedit. Quod autem arguitur de causalitate mentis respectu dilectionis odiis que in Deo, redargiuntur per tricessimum nonum primi. Illud autem Psalmi, Preoccupemus faciem eius in confessione, non mouet: Non enim dicit Propheta, Preoccupemus cooperationem dicinam nobiscum, sed faciem eius in confessione; in qua, laudis Deum laudando: vnde subiungitur, & in Psalmis iubilemus eis; & in confessione fraudis te ipsum accusando; Ideo sequitur; Venite, adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino; quod ut faciamus, nos preuenit operando: Confessio namque & magnificientia opus eius. Nec illud Psalmi, Miser oratio mea praescient te, debet mouere: quia non dicit oratio mea praescient cooperationem tuam, sed te; quasi dicaret; Miser orabo coram te, coram facie Dei mei; quod ut vi faciam, Spiritus Sanctus facit ipsum namque filii Dei ageretur. Illa vero de Psalmo i i. similiter possunt intelligi: & exponi, reliqua autem de Zacharia, & Paralip. erant exposta tricesimo quinto primi. Illud autem Marci, Dominio cooperante &c. nec apparentiam quidem habet; Dictum verò Damasceni non obuiat: Non enim affirmat quod electio operationum est nostri & Dei, & prius nostri quam Dei, sed quod prius bene elegimus operando, quam finale premiu consequamur. Dictum etiam Lincolniensis, si bene intelligatur, non obuiat: Causa namque antecedens, ut ibi loquitur, necessitatem naturalem includit. Unde sic ait; Antecedentia, de qua fit hic sermo, est causas ferari secundum cursum nature: necessarij præordinatio. Quod autem idem Lincolniensis, Damascenus, & Augustinus videntur asserere, quod in bonis voluntatis divina sit prior humana, & in malis posterior, quomodo facit pro vobis? Atius enim bonus voluntatis & malus secundum substantiam actuum sunt boni naturaliter, sicut patet per vice secundum quinque secundi, & vice secundum sextum primi; sunt etiam quantum ad naturalem substantiam actuum similis rationis: si ergo unus secundum substantiam actus sit antecedenter à Deo, & alius. Si etiam (sicut supponitis) non deceat Deum velle aut facere malum antecedenter; quomodo deceat cum trahi à Diabolo, à quilibet peccatore, & à quilibet mortali ad consentiendum eorum maleficis quibuscumque, & advolendum & faciendum ea omnia consequenter? Quomodo namque decet, quod voluntas divina cibetur pessimo, velut adultera, lupponatur, & opprimitur à quilibet violenter? Qualiter etiam habet Deus voluntatem nouillam sequentem malam voluntatem creatam? Aut quomodo voluntas divina, cauatur & sequitur ex humana contra vice secundum, & vice secundum tertium primi libri. Verutamen pro intellectu Parum, sciendum quod sicut 34. & 39. primi premissa testantur, Deus vult se ipsum primo, secundo quodammodo vult bona alia extra ipsum, tertio vero mala, quatenus videlicet ex malis preueniunt quodam bona, ipsius prouidentia omnia suauiter disponente; siveque vult Deus bonum prius, quodammodo & antecedenter, malum vero posterius & consequenter, quia finaliter proprie bonum. Sciendum insuper, quod Deus vult & facit bona merita voluntatis per gratiam naturaliter praecedentem, sicut 40. & 41. primi docebant; mala vero non sic: Quare potest dici Deum velle bona antecedenter, mala autem sequentem. Augustinus vero cum dicit, quod ad malum hominis prior est eius voluntas quam Dei, intelligit, sicut puto, quod ad malum penale hominis prior est voluntas eius delinqiens, quam Dei puniens: At enim, si in eo quod dictum est, Mortis morienti, quoniam non est dictum, Mortibus, eam solam intelligamus, quae fit cuius anima deficerit sua vita, quod illi Deus est: Non enim describa est ut deseretur, sed ut deseretur deserit: Ad malum quippe eius prior est voluntas eius; ad bonum vero eius prior voluntas Creatoris eius, sive ut eam faceret, quae nulla erat, sive ut reficeret, quae lapsa perierat: etiam ergo hanc intelligamus

A intelligamus Deum denuntiasse mortem, in eo quod ait, *Qua die ederis ex illo morte morieris, tanquam diceret; Quia dic me deferueritis per inobedientiam, deferam vos per iustitiam, profecto in ea morte etiam carcer & duæ denuntiatæ sunt, quæ proculdubio fuerant secutæ.* *Quod autem dicit Damascenus, Deum non velle mala nec antecedenter, nec consequenter secundum superficiem literæ, potest refelli, per tricesimum quartum primi, potest quoque per ibi ostenta intelligi & exponi.* Et quid mirum, si Damascenus negaret præficiatiam Dei, in actu liberi arbitrii, cum coefficientiam eius neget, sicut tricesimo octavo huius apparuit. Dicatum quoque Cibylostomi, si intelligatur ad literam, viderit corrigendum in multis, sicut octauum huius, vicelimum & eius coriolarium, & tricesimum huius probant.

COROLLARIVM.

B

Corollarium notabile, quod sacra Theologia pium & prudentem Lectorem requirit.

Ex his autem alijisque premisis evidenter cognoscitur, quod sacra Theologia Le-
gorem pietatis requirit pariter & prudentem, ne forsitan cum Manichaeis in sacra
Scriptura falso sum quipiam tispicetur, aut dum omnia esse vera veraciter confiteretur,
Pelagianorum consentiat falsitatem, ne vel defendendo Doctores Catholicos, haereticis fa-
uerat, vel persequendo haereticos autores, Catholicos crimineum, ne quia recte dictum a-
licuius amplectitur, etiam errorum eius sequatur, aut quia errorum cuiuspiam reprobaret,
Ceriam recte dictum eius contemnet. Quis enim lectis libris Scriptura canonica & Doctrinam, non faciliter videat quot & quam
loca horum & illorum superficialiter videantur Pelagiæ & haeretici consentire? Loca au-
tem huiusmodi sacra Scriptura sepe se offerunt copiose, quorum & quedam premisis
capitulis fecitantur, quibus & Pelagius se munivit, cui & Augustinus aliquando in parte
consenit, sicut patet ex trigesimo quinto & quadragesimo quinto primi; aliquando vero ap-
paruit consenit in tantum, quod Pelagus & Pelagiani quandoque ex dictis propriis Augu-
stini contra ipsum pugnabant, sicut patet i. Retrac. 9. & 15. de natura & gratia 67. &c. 2. sen-
tent. Lombardi dist. 28. numisque sedulè experimur multos afferre dicta Augustini & alio-
rum Doctorum ad Pelagianam nequitiam roborandam, quod & patet ex capitulis memora-
tis. Huius quoque Pelagio videtur & Chrysostomus consentire. Homilia nataque quadrag-
simaria septima super Iohannem exponens illud Iohan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit
Dicit ei datum a Patre in eo, sic ait; Cum autem audieris, Quoniam dedit, non destinationem
Chrysost.

Dicit ei datum à Patre meo, sic ait, Cum autem audieris, Quoniam dedit, non definitiorem simplieriter aestima, sed illud crede, quoniam qui tribuit leipsum dignum ut accipiat, ille suscepit. Qui & super illud Marth. 7. Petre & dabitur vobis &c, homilia decima octava in imperfecto, Perite, inquit, &c. Gratia &c. Pultate, & aperietur vobis, gratia vos prosequente; nec gratiam acquirimus in studiis & labora uerimus ne donum Dei negligentibus detur. Gratia enim adiutorium est infirmitatis humanæ; adiutorium autem dormientibus non datur, sed festinantibus & praelentibus. Ex infra homilia vicesima tercia super illud Marth. 19. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, sic ait; Non dixit, Non omnes possunt, sed non omnes capiunt, id est, omnes quidem capere possunt, non tamen omnes capere volunt, sed quibus daquam est: non hoc significat, quoniam quibusdam datur, quibusdam non datur, sed illud ostendit, quia nisi auxilium gratia accepemus, nihil nobis valemus: Quoniam autem volentibus gratia non deagatur, in Evangelio Dominus dicit,

E Peccate, & dabuntur vobis; Quærite, & inuenientis, Paliare, & apertueret vobis: Omnis enim qui peccat, accipit, & qui querit, inuenit, & pauci facti apertuerit. Debet autem voluntas præcedere, & sic sequitur gratia; nam nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia posset. Super illud quoque Match. 1:3. Vobis datum est nosse &c. Illis autem non est datum, recitante gloria Thom., sic ait: Hoc autem dixit, non necessitatem inducens, nec fatum, sed demonstrans quod illi, quibus non est datum, causa sibi sunt vniuersorum malorum, ostendere volens: quoniam cognoscere diuina mysteria docum est Dei & gratia desuper data, non tamen propter hoc liberum arbitrium destruitur. Ethoc, ex his quæ se- quuntur, manifestum est. Ut enim neque illi desperent, neque isti pigritentur audientes Eee. quoniam

Damascen.

quoniam eis est dátum, demonstrat à nobis principium horum esse, cum subdit; Qui A enim habet, dabitur ei & abundabit, qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo: Ac si dicat, cum aliquis desiderium habuerit & studium, adabutur ei & vnuersa quæ à Deo sunt; cum autem his vacua fuerit, & quæ ad se pertinet non inferat, nec quæ à Deo sunt, ei dancur. Qui & in expositione sua perfecta super Matthi, & super epistolam ad Hebreos varijs locis, & in alijs multis opusculis videtur eandem sententiam profite-

Cassian.

ri. Damascenus etiam tricessimo nono sententiarum videtur Pelagio consentire, conans ostendere liberum arbitrium sine Deo posse producere actum suum, sicut vicezimo octauo hu-
ius apparat; Qui & infra quadragesimo quarto, Oportet, inquit, scire quoniam electio qui-
dem operationum in nobis est; finis autem bonarum quidem Dei operationis iuste coope-
ratus præligerentibus bonum iusta conscientia secundum præognitionem eius, malorum au-
tem derelictionis Dei tursus secundum præognitionem eius iustitia derelinquentis. Et infra
eodem, Oportet scire quod Deus antecedenter vult omnes saluari: Non enim in puniendo
plasmavit nos, sed ad percipendum bonitatem eius ut bonus, peccantes autem vult puniri
ut iustus. Robertus quoque Lincolniensis Episcopus in De libero arbitrio, in questionibus su-
is de voluntate Dei, & alijs suis operibus videtur similiter Pelagianis fauere, dicendo Dicimus
non facere, vel non antecedenter facere actum liberum voluntatis, ipsamque ex se posse con-
sentire vel dissentire Deo gratiam differenti, vel ad bonum quodlibet excitanti. Magnus simi-
liter Cassianus in libro suo, De protectione Dei, sicut decimam tertiam collationum Patrum,
seu tertiam, septem collationum trium Patrum ad Honoratum & Eucherium scriptarum
cuidam Chæremoni ascriptam legentibus evidenter appetat, cum Pelagio delirauit, sicut &
luculentiter ostendit sanctus Prosper in libro suo intitulato pro prædicatoribus gratie Dei
contra librum Cassiani Presbyteri De protectione Dei, sicut & tricesimo septimo primi, &
post aliqualiter recitat. Porro de autoritate huius sancti Prospere viris scholasticis satis con-
stat. De quo & in canone dist. 5, cap. vlt. vbi recitantur scripta Doctorum authentica, scri-
bitur isto modo; Item Opuscula beati Prospere viri religiosi. De quo & Martinus in Chro-
nico, agens de Leone primo Imperatore, dicit quod Prosper Aquitanicus natione his tem-
poribus floruit, qui apud regnum Italæ factus Episcopus, doctrina & mitacatu claruit. De
quo & Cassiodorus in quadam opere ad Monasterij sui fratres sic scribit; Cassianum Pres-
byterum, qui conscripsit de institutione fidelium Monachorum, sedulo legit, libenter audi-
te; qui inter ipsa initia ^{II} sanis propositis, octo principalia virtutis dicit esse fugienda: & paulò
post; Qui tamen de libero arbitrio à beato Prospere iure culpatus est: Vnde monemus, vt
in rebus talibus excedentem sub cautela legere debeatis. Cuius dicta V. Dr. Maritanus Epis-
copus ita Domino iuvante purgauit, & quæ minus erant addidit, vt ei retum istatum palma
merito conferatur. Quibus Gennadius Massiliensis dissentientis, & Pelagianis, vt videatur,
conscientis, de viris illistribus 84, agens de Prospere, Lege, inquit, librum sub persona D

^{II} sano pro-
posito
Victor.

Gennadii.

Joachim.

Origenes.

aliqua eius opera emendauit. Idem quoque Hieronymus seipsum quandoq; super translatio-

A nis visio reprehendit: Vnde super Esaiam libro quinto expones illud cap. 19. Non erit Aegyptio opus quod faciat eis pati & caudam incurvantem & refrangentem, sic ait: In eo quod transtulimus incurvantem & refrangentem, possumus dicere incurvum & lascivientem, ut in-
telligamus schemam & pauperum: nos autem verbum Hebraicum, Actionem, dum celerit quæ
seriora sunt veritamus, ambiguitate decepti refrangentem diximus. Et infra eodem libro, &
capitulo super illud: Erit terra inde Aegyptio in festinitatem, sic dicit; Melius teor proprium
erit enim reprehendere, quam dum erubefeo, imperitiam confiteri, persistere, pro eo quod
transtuli. Et erit terra inde Aegypto in festinitatem. Pro festinitate in Hebreo legitur Agga;
quod interpretari ^{II} soles festivitas; unde & Aggenus, in festuum vertitur, & timor: quod sig- ^{II} potest
nificantis Aquila transtulit in verbum græcum, significans cum aliquis pauidus & timidus
circumferit oculos, & aduenientem timidat intrinsecum. Quare arbitror, quod in tirore
pro festinitate vertitur, quod & magis concordat processu Proprietate. Qui & super materia ^{II} Occisionum
B bigamia, eo quod scribens ad ^{II} Oceanum; & super epistolam Pauli ad Timotheum, sicut reci-
rat in canone dist. 26. vniuers. & infra 28. questione ultima, oportet; asservit eum, qui ante
baptismum habuit viam vxorem, & post baptismum aliam, non fieri bigamum, cum pro-
fessi innovatio per baptismum omnia vetera sunt disissa; quem super hoc errore Ambrosius,
Augustinus, & Innocentius reprehendunt, sicut eisdem locis in canone continuatur, quos &
Ecclesia imitatur. Quis etiam Theologorum ignoret contradictionem & concordanterem
maximam inter Hieronymum & Augustinum, quam eorum epistole clare monstrant; In
quarum una, scilicet vicelima epistola Hieronymi, dicit Hieronymus se quodam in qua-
dam epistola Augustini ad ipsum dicitur haeretica iudicare. Qui & translationibus Biblia, ^{Cyprianus.}
in titulis Psalmorum, in autoribus ipsorum, in Melchizedech & in multis alijs contradicunt.
Beatus etiam Cyprianus, Doctor Catholicus & Martyr egregius, docens baptismum colla-
tum ab hereticis non valere, à beato Augustino de vicio baptismo, sicut & recitur 4^o lente. ^{Augustinus.}

C Perri, dist. 6. corripit. Idem quoque Augustinus Doctor præcius seipsum sepius repre-
hendit, quare & librum retractationum scriptorum suorum composuit. Qui & post illum in
libro suo de prædestinatione sanctorum, quodam dicta sua retractat, sicut pater ex tricessimo
quinto & quadragesimo quinto primi. Sic & venerabilis Beda librum retractationum con-
scriptis; sic & beatus Hilarius dicitur librum retractationum scriptisse, in quo refertur merito ^{Beda.}
retractasse id quod Petrus 3^o sentent. dist. 15. recitat de libro eius de Trinitate, Christum
scilicet non sensisse dolorem aliquem passionis, immo nec habuisse naturam sensitum doloris.
Beatus quoque Hieronymus aliqua facta sua corrigit, & retractat, sicut præhabita manife-
stant. Si ergo tot & tanti Doctores & Scribe delirant aliquoties in scribendo, cur non licet
quandoque de alijs similiter suspicari, praesertim cum quandoque illis magnis Doctoribus,
quandoque vero sibi inuicem contradicant? Cur ergo non licet & dicta iporum in locis du-
bibus & suspectis, & præteritum vbi ad inuicem contradicunt, discutere, & cum omni humili-
tate, reverentia & sobrietate, si oporteat emendare, seu potius à melioribus Patribus emen-
data humiliter declarare? Quidam & sanctissimus ac doctissimus Augustinus, de natura & gra-
zia 61, recitat quod aduersarius contra quem scribit, adduxit pro le multa testimonia non de ^{Augustinus.}
Scripturis Canoniceis, sed de quibusdam catholicorum tractatorum opusculis, sic subiungit;
Prima quæ posuit, quia nomen eius qui ea dixit, ibi non legit, sicut quia ille non scriptis, sive
quia codex, quem misit, si id aliqua forte mendocitate non habuit, pertractare quid opus
est? Maxime quoniam noui me in huiusmodi quorumlibet heminum scriptis liberum,
quia folis canoniceis debeo sine villa recusatione consensem. Qui & ad Paulinam de vi-
dendo Deo. 4. Si quid, ait, diuinarum Scripturarum, earum scilicet quæ canonice in Ec-
clesia nominantur, perspicua firmatur autoritate, sine villa dubitatione credendum est;
Alijs vero testibus vel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere,
vel non credere licet, quantum ea momenti ad faciendum fidem vel habere vel non ha-
bere perpendens. Et infra 29. His, inquit, quæ vides diligenter fidenterque perspectis,
attende quæ credis, & in eis ipsis, quibus non vides accommodas fidem, ipsa testimonijs
pondera discernendo perpende: Neque enim mihi sic credis, quemadmodum Ambrosio,
de cuius libris tanta illa testimonija posui: aut si nobis æqua lance putas credendum, nunquid
villo modo Euangelio comparabis: aut scripta nostra Scripturis Canoniceis coequalibus? Pro-
fecto si recte in dijudicando sapis, longe nos infra vides ab illa autoritate distare, & me quam
longius; sed viri, nostrum quantumlibet credas, virumq; illi excellentie nequaquam com-
paras: Qui & epistola 7. ad Marcellinum, Literæ rœc. inquit, habent questionem, non ex di- ^{Augustinus.}
pis ^{II} libris, sed meis. In talibus autem questionibus non multum labore; quia eti defendi ^{II} literis,

sensuā mea liquidaratione non potest, mea est, non eius auctoris, quin sensum imparabilem
fas non est; & cum eorum intellectu hoc inde leviter quod improbatum est. Ego proin-
de farcorme ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt;
Vnde si aliquid vel incertus vel indoctius à me pōlūm est, quod non solum ab alijs qui vi-
dere debet, sed & proficio, nec mirandum est, nec dolendum, sed potius significandum arque gra-
tulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum est. Nam nimis peruerse leipsum ar-
mar, qui & alios, vñj errare ut error suus lateat. Quanto enim melius & vñlius ipse vbi er-
ravit, alij non erent, quorum admonitu errore careat? Quidli voluerit, falem comites
erroris nos habeat. Si enim mihi Deus quod volo praefitterit, ut omnium librorum meorum,
quacunque mihi rectissimum displicet, opere aliquo ad hoc ipsum: instituto colligam atque
demonstrem; tunc videbunt homines quam non sim acceptor personæ meæ; vos autem
qui me multum diligitis, si talem afferius aduersus eos, quorum malitia, vel imperitia,
vel intelligentia reprehendor, ut me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis, frusta
laboratis, non bonam causam suscepistis: facile in ea meipso iudice superamini, quoniam non
mili placet, cum à canticis meis talis esse existimat, qualis non sum. Et infra loquens qui-
busdam amicis virginibus, ut libros de Genesi, & de Trinitate festinanter compleceret, quatenus
ipsem scriptores ipsos iam scriptos posset defendere contra omnes, sic ait; Quid. viisque
propterea dicitis, quia non putatis esse in eis aliquid, quod vera possit ratione culpari, alio-
quin non me ad eorum editionem, sed ad diligentiorē emendationē potius hortarem-
ni. Ego autem iudices veros, & veritate severos magis intucor, inter quos & meipsum pri-
mūs constitucere volo, ut ad illos ea tantum reprehendenda perueriantur, que à me quamvis
sedulò perscrutante minime videri poterunt. Et infra; Si ratio contra diuinorum Scriptu-
rum autoritatem redditur, quantumlibet acuta sit, fallit veri similitudine; nam vera esse
non potest. Rursus, si manifestissima certaque ratione velut Scripturarum sanctarum ob-
iicitur auctoritas, non intelligi qui-hoc facit, & non Scripturarum illarum sensum ad quem
penetrare non potuit, sed suum potius obiecti veritati, nec quod in eis, sed quod in seipso, ve-
luti pro eis iouent, opponit. Cuius auctoritatem eo ipso tutius prosequor, deuotius venor,
firmiusque amplector; Scio enim quod Deus superbris resistit, humilibus dat gratiam & par-
vulis intellectum. Idem ad Hieronymum epist. 9. in epistolari Augustini; Fator, inquit, cha-
ritati tuz, solis eis Scripturarum libris qui iam Canonici appellantur, didici; hunc timorem
honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo errasse aliquid firmissime cre-
dam; & si in eis aliquid offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud
quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assicutum esse quod dictum est, vel
me modice intellexisse non ambigam: alias autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrina
naque præpollant, non ideo verum patem quia ipsi ita senserunt, sed quia mili vel per illos D
autores canonicos, vel probabilitate quod à vero non abboreat persuadere poterant:
nec te, mi frater, sentire aliud existimo. Prorsus, inquam, non te arbitror, sic legi tuos li-
bros velle, tanquam Propheterum vel Apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore
careant, dubitare nefarium est; absit hoc a pia humilitate & veraci. Hec idcirco dixerim,
ne videar alium sapere, perpetram agere, & Patres reprehendere minus iuste: Quisquis enim
fuerit Pater, vel frater, etiam Angelus de Coelo, qui Pelagianam heresindixerit, scrip-
serit, tenuerit, sive docuerit, ipsum intrepidus reprehendam. Certissimes enim sum, nec in mi-
nimis modo, vetus Testamentum & nouum, Christum, Paulum, Augustinum, Gregori-
um, catetofique Doctores, Ecclesiam sanctam Dei in tot Synodis & Concilij, tot Papas
& sanctos, ac tot & tam validas rationes in destructione huius heresis non errasse, non
excos fuisse, nec cacos in formam adduxisse. Portò de sacra Scriptura audacter pro-
nuntio, quod nulla pars eius realiter alteri contradicit, aut heresi Pelagiana consentit, & si
que sic facere superficialiter videatur, profecto hoc accidit ex defectu oculi minus lari; quare E
pergandis est oculus, & posuit siccere videre veram mentem Scripturæ secundum expositiones
Sanctorum, vel aliam sibi diuinitatem inspirandam. Quod autem Augustinus Pelagianis a-
liquando consenserit, in parte incertus non potest; quare & seipsum redarguens ponebat. Si
que autem sint alia loca librorum suorum quam retractata expressæ; quibus nedium appar-
enter, sed vere consenserit Pelagio, illa in generali & in suo simili retractauit, sicut potest habe-
ri ex 4. primi. Si igitur Augustinus Doctorū doctissimus, subtilissimus penetrator, acutissi-
mus disputationis, & Pelagianoru[m] strenuissimus expugnator fuit, quādoque errore ipsorum de-
ceptus, quidmirum, si Chrysostomus, alijq; minores? Et reuera videtur mihi Chrysostomus
quasi

A quasi contradictione Augustino, & ab eo parumper recedere, ab Pelagiis ministrum propin-
quare, nec in expositionibus suis per omnia recte ambulare ad Euangeliū veritatem. Saluator
namque gratuitam gratiam Dei commendans, Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi Pater,
qui misit me, traxerit illum, & nisi fuerit ei datum à Patre meo: Si autem, ut dicit Chrysostomus,
qui tribuit seipsum dignum ut suscipiat, ille suscipit, potius ille, qui facit se dignum, per
hoc trahit ad se Patrem & Christum, quam & contra; Potius quoque talis per dignificatio-
nem suam, tanquam per meritum dignum, premiumque condignum emit à Patre ut veniā ad
Christum, quam Pater hoc dicit ei; quare & nclus dictretur; Nemo potest venire ad me, nisi
per meritum suum præcedens traxerit Deum Patrem, & nisi prius mereatur ut hoc ei à Pa-
tre vendatur sive reddatur. Qui & in hac expositione videtur contradicere Augustino 1.
part. super Ioan. homilia vigilia sexta, qui exponendo illud verillimum verbum verbi, sic
at; Magna grata commendatio, nemo veniñti tractas. Quem trahat, & quem non tra-
B hat, quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare si non vis errare: tamea secun-
dum Chrysostomum, aliqua esset causa, differentia scilicet meritorum. Quod etiam dicit Chrysostomus, quod aliquis tribuit se dignum veniendi ad Christum, posset forsitan corrigi
per præmissa tricelimo nono præmis: Non enim est ibi dignitas antecedens voluntati dieiñz. Augustinus quoque de Prædestinatione sanctorum duodecimo, tractans illud quod dixit in li-
bello suo contra Porphyrium; Salutem scilicet religionis Christianæ nulli vñquam defuisse
qui dignus fuit, si discutitur, inquit, & queratur vnde quis sit dignus, non defuit qui di-
cunt voluntate humana: Nos autem dicimus gratia vel prædestinatione diuina. Quod etiam dicit Chrysostomus voluntatem debere præcedere gratiam, videtur nimis suscepit & Chrysostomus. Pelagiano errori propinquum, immo non propinquum, sedidem, sicut capitula primi de gra-
tia manifestant. Nonne & Super epistolam ad Hebreos superius recitatus, videtur astruere,
quod non dare commotionem pedibus, superare temptationes quas unque, stare firmiter &
C perseverare finaliter sit in libero arbitrio hominis tantum, & in nullo alio contra quartum,
octauum, & alia capitula huius secundi, & contra Autores satis maiores illis capitulis recen-
sitos? Quod etiam dicit Deum nostras voluntates nequam antecedere, sed è contra, eti-
am in actibus suis bonis, tricelimum huius damnar auctoribus maioribus, & rationibus validis
robatur. Ratio || verò, quam pro se abdecit, satis irrationabilis esse constat; ut liberum, || quoque
inquit, arbitrium nostrum non laedatur: Qualis enim laetio liberi arbitrij creati seruire, sub-
iici & subsequi Creatorem Regem Regum, & Dominum Dominorum? Absit enim ut ali-
quis cum || Nemphrotis graue putet seruitum obsequi Deo summo; immo ipsi seruire proculdu-|| Nempho-
bio est regnare, libertas optima, & alius perfecta; A cuius etiam subiectione velle discedere
seruitus pessima comprobatur. O Pater Catholice, vel ponis quod voluntas humana suffi-
cit sola producere suos actus, vel quod diuina coefficientia necessariò requiratur. Si primu[m],
à doctrina catholica veritate cum Nemphro & Pelagio se separas & aberras, viceculo huius
D teste. Si secundum, cur doct[or] sobrie, si in actu voluntatis humanae & diuinæ coramuni alte-
rua liberum arbitrium te iudice necessariò debet lati, cur, inquam, non maius laederetur di-
uinum liberum arbitrium quam humanum, dum humanum præponis & diuinum postponis?
Dum voluntatem humanam efficis dominam præcedentem, & voluntatem diuinam pedis-
quam subiectem? Dum voluntatem humanam constituis liberam, & eam à Dei etiam exi-
mis seruitute, & voluntatem diuinam facis ancillam & seruam, & eam etiam hominis subiectis
seruituti? Hic etiam Pater videris consentire Pelagio, tricelimo huius teste. Quomodo eti-
am dicit Apostolum non sicut propriam sententiam induxit, nec volentis, nec currentis,
&c. cum ex Scriptura canonica veraciter, non fallaciter hoc concludat? Quod, & r[ati]onib[us]
processus, & alia epistola eius multæ indicant evidenter; multi quoque & magni Doctores
Catholici illud verbum-Apostolicum exponentes & sibi allegantes. Secunda quoque tua
responsio, & expositiō illius || Apostoli-verbū prædicti videtur eidem Apostolo, Christo, & || Apostoli
E alij discipulis multis Christi, doct[or]ibus vero nostris planissime contraite, & Pelagio con-
sentire, sicut vicecum huius & eius corollarium cum capitulis sequentibus clare docent.
In illa similiter ratione, quam innatis consequenter, Prophetæ dicebant; Lava à malitia cor-
tuum; ergo nostrum est bonum. Si intelligas nostri tantum, Ita videlicet quod peccator
solus se posset à peccato lavare sine Deo specialiter eum lavante, sicut videris sentire, falleris
turpiet, sicut & Damascenus in argutia simili turpiet fallebatur, sicut vicecum octauum
huius ostendit. Nonne & Prophetæ alibi dicit Deus; Amplius lava me Deus ab iniuicta mea?
Ista quoq; sententia videtur sententia insensata Pelagiū consentire, sicut 4. primi pandit. Scio
tamē quod possem fingere ei glorias; sed reuera non habeo scientiam, nec conscientiam
Ecc 3 ipsius

ipsum glossandi in istis: Ideo sicut dixi superiorius. Theologica studia, lectorem suum & pri-
udentem requirunt: qui autem magis plus & prudens ipsum in huiusmodi glossare veraciter
sciuerit non reconciliando Pelagium, placet mihi, congaudeo, ac quiesco. Absit, quin luben-
tius semper ad discam a quolibet cuiuslibet doctoris reprehensionib[us] veram mentem: quam
ipsum non intelligendo ex ignorancia reprehendam. Sed caueant, quæso: dictorum ipsius
huiusmodi glossatores, ne Pelagianis & Christi Ecclesia relegatis viam apertant redeundi, &
dictis ipsorum hereticis catholicam glossam parent. Si nempe inueniatur talis glossator ma-
gis plus & prudens Augustinus, Gregorio, Beda, Prospero, quæ amplius sanctis Papis, & in-
terioribus Episcopis, Synodis atque Conciliis, & tota Ecclesia sancta Dei, similiter dicta Pelagi-
j & Pelagianorum non glossantibus, sed absolute damnantibus, sicuti docent multa capitula
primi & secundi; & quæ amplius libri authenticæ, & historiae contestantur, mirabiliter admis-
randam quis se similem ac eorum audeat profiteri. Si namque hi sancti Patres, ciuerunt ta-
lia dicta catholicæ glossauisse, & noluerunt, sed tanquam hereticæ condemnarunt, impie-
tas pessima: si voluerunt, & nescierunt, ignorantiæ maxima, cum tu solus & faciliter istud
seias. Idem videat dicendum de Damasco, & alijs Patribus superiorius memoratis: quan-
quam & quidam eorum in quibusdam dictis suis colorati possent glossari. Robertus autem
Lincolniensis Episcopus multa scripsit de scientia & voluntate diuina, & de libero arbitrio.
De libero sicuti in arbitrio bis scriptit. Primo, vnum libellum qui sic incipit: Quia circa esse
rei potest esse dubitatio: in quo magis disputatiu[m], & inquisitiu[m], quam determinatiu[m] aut de-
finitiu[m] procedit. Vnde & in fine: Vtrum, inquit, motus liberis arbitrij sit ibi a se, aut non; non
determino, sed perspicue videntibus inuestigandum relinquo. Et infra: Quæsito & disputa-
to, Vtrum motus liberis arbitrij qua mouetur ad malum, sit a Deo, subiungit. Iffud iterum
non determino. Et infra: Quæsito & disputato, Numquid liberum arbitrium possit esse bo-
num gratuitum, & consentire appositioni prima gratia ex seipso, vel non; sed ex Deo illud
prius volente & agente, & quomodo tunc non esset in necessitas, non determinat, sicut dicit: C
quas questiones, cum multis alijs ibi tractis, dicit se posteris determinandas relinquere. Secun-
do scripsit alium libellum de libero arbitrio, qui incipit isto modo: Cum per arbitrij liber-
atem dignior sit homo ceteris animalibus: In quo magis determinatiu[m] procedit: Qua-
propter primum istorum nunquam, sed secundum quandoque soleo allegare. Et si quis obie-
cerit indignum videri tantum reprehendere tantos partes, respondendum constanter, in-
dignus esse pro certo, tantos fauendo erroribus hereticis consenserit, & reprehendi permit-
tere irreprehensibilem. Parrem nostrum fidei nostræ autorem, irreprehensibilem ipsam
Christi, non habentem maculam neque rugam, irreprehensibilem matrem nostram & Docto-
res nostros maiores: Quis enim Christianus ignorat doctrinam Christi Catholicam omni
doctrine contraria preferendam? Et quis nesciat, si Doctores dissentiant, magis authenti-
cum in tali materia preferendum? Et quis in ista materia post Autores sacra Scriptura au-
thenticior Augustino? Etsi ego pusillus non debebam reprehendere tantos Patres, magna
est veritas, que omnem reprehensibilem sine acceptatione personarum reprehendere non
veretur: Nec ipsis simpliciter reprehendo, sed si lectentur errorem Pelagi, reprehensos à
majoribus Patribus manifesto. Sed nec adhuc ipsis simpliciter reprehendo, nec reprehensos
ostendo, sed dico me adhuc non habere scientiam, neque conscientiam ipsorum dicta per om-
nia sustinendi: Si enim adhuc superficiem literæ Pelagianis videor consenserit: si literam
glossare tenaueris, timeo ne si ad mentem dicentum, adhuc Pelago fauam: si autem con-
tra vel præter mentem dicentum, contra mentem propriam mendax ero. Nescio etiam ve-
racer coram Deo talia dicta glossare, nisi meo iudicio per similem glossam Pelagianos re-
conciliari consenserit, & Patres, qui ipsis damnauerant, condemnari, vel sancitem ipsorum
Patrum sententiam irritari; quod ideo majorum prudentiarum derelinquo, & si talia dicta carbo-
licè sustinenda docuerint, deuotissimus acquiescam. Veruntamen probabiliter dici posset:
Chrysolomum nolle assertare quenquam posse inchoare, continuare, consummare, vel vni-
uersaliter facere quicquam boni sine auxilio gratiae: quare & videtur velle consequenter alle-
tere, nullum posse primam gratiam promereri. Vnde super illud Matth. 7. Peuite, & dabi-
tur vobis &c. In opusculo imperfecto homilia 18. vbi erat superioris allegatus: sic ait: Sciens
Dominus quoniam quæcumque mandauerat supra hominibus, impossibilia erant, & quantum
ad naturam humanam supra naturam, & quoniam maiora erant manda, quam virtus huma-
na est, transmitit eos ad Deum, cuius gratia impossibile nihil est, dicens: Peuite & dabitur
vobis; vt quod ex hominibus consummari non potest, per gratiam Dei adimplatur. Omnem
creaturem sensibilem Deus armata: & muniam creavit: Alios enim munire veloci pedum
cursu,

A cursu, alios armare vnguis, alios velocibus penitus, alios dentibus, alios cornibus; homi-
nem autem solum fecit: posuit, vt virtus illius sit ipse: & in eo quod infirmorem cum fecit
omnibus in ipso, fortior in eum voluit esse in se. Nam siens Deus, quia cognoscere & colere
Deum vita eterna est; ignorante autem & contempnere perditio sempiterna, nec ita infirmum
cum creavit; ut omnino nihil boni facere posset, ne quem super omnia. & propter quem om-
nia fecerat, omnibus inueniretur esse deterior: nec ita potentem cum creavit, vt etiam sine
Dei auxilio ex seipso facere posset quid vult; ut in firmatis sit necessitate coactus, semper
necessarium habeat Dominum suum. Et vere iustissima res est, vt factura necessitatis habeat
factorem suum: Sicut omnis virtus hominis in Deo est, & tamen contemnit omnium bo-
norum suorum Autorem; quanto magis negligenter Deum, si potentia eius esset in ipso. Qui
& intra tristis illud Matth. 21. De anima alligata & solutio ipsius sic est: Propter qualidam
animam similititudines || anima assimilata sunt homines, Dei filium non cognoscentes. Etsi enim
B: Animal hoc in mundum, & p[ro]x[er]o certis periculis magis irrationale, & stultum, & infatu-
mum, & ignobile, & oneriferum: Sic fuerunt homines ante Christi adventum. Ligata au-
tem erat anima, id est, Diabolici erroris vincula impedita, vt non haberet libertatem in quo vel-
let. Nam antequam peccatum, liberum habemus arbitrium sequi voluntatem Diaboli, aut
non: quod si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra virtute euaderem
non possumus, sed sicut inuis, fratre gubernaculo, illuc dicitur ubi temporas voluerit; sic &
homo diuina gracie auxilio perditio per peccatum, non quid vult agit, sed quid Diabolus vult;
& nisi Deus valida manu misericordia sua soluerit eum, vtque ad mortem in peccatorum fu-
orum vinculis permanebit. Quod igitur videtur dicere, aliquando hominem mereri gratiam,
& voluntatem humanam praecedere gratiam, potest fortassis exponi de augmento gratia, si
ue de gratia secunda, non prima, seu etiam de quocunque Dei dono: quod homo per gratia
promeretur. Infra namque eadem homilia sic ait: Scriptum est: Concupisce sapientiam, Chrysostom.
serua iustitiam, & Deus prebeat eam tibi. Sed quid dicas? Hoc ipsum peto ut faciam, & faciam;
& quomodo possum facere priusquam accipiam? Etiam quod potes fac, vt amplius possis, &
quod scis serua, vt amplius scias: Iustitia enim ipsa se operatur, & ipsa se manifestat: Quo-
modo? Dum tu iustitiam operaris in te, iustitia te operatur in se: nam omne artificium seipsum
operatur. Ut puta, operaris vineam, colligis fructus eius, & delectatus in eis melius operaris.
Vides quia ipsa se colit fructificando tibi dum colitur; sic ex diverso, qui opus peccati exequi-
tur, ipsum peccatum, cum sit spiritus immundus, operatur in eo delectationem peccandi, vt
dum delectatur circa peccatum amplius peccet. Sic & qui iustitiam operatur, cum sit ipsa
iustitia spiritus sanctus, operatur in ea delectationem iustitiae facienda, vt delectatus circa iu-
stitiam amplius faciat. Tale est quod dicit sapientia, Cogitatum habe in preceptis Dei, & in
mandatis eius meditare semper, & ipse confirmabit cor tuum, & concipientiam sapientiae
tibi dabit. Vides quia iustitia ipsa se operatur, te tantummodo inchoante & laborante; sed
ipsa se adapert dum colitur: Sic enim qui peccat, dum peccat, magis atque magis tenebret
meos eius, & a luce veritatis recedit, ita vt nulla scientia salutis remaneat in eo, nisi sola
malignitas, de qua dicit Solomon, Sapientia impiorum nequit: Sic & qui iustitiam opera-
tur, dum operatur, magis atque magis clarescit mens ipsius, & ad notitiam sapientiae maioris
ascendit, & ipsa se iustitia quasi speculum ostendit ante oculos cordis ipsius. Per gratiam etiam
quandoque intelligit aliquid donum Dei gratum & acceptum, quod laborando meremar,
put scientiam, sapientiam: vnde & immediata ante illud dictum de eadem homilia supra ob-
iectum, exponendo illud verbum, Peuite, & dabitur vobis, sic ait: Deus ita nos disponuit esse, Chrysostom.
vt nec studentes & laborantes circa Scripturas, acquiramus salutem scientia sine gratia Dei, vt
ne nobis impunemus, quod sciamus: nec tamen gratiam acquiramus, nisi studiemus & labo-
raverimus circa Scripturas, ne donum Dei negligenter detur. Per hoc quoque quod innuit
laborem & voluntatem hominis praecedere gratiam, fortasse intelligit preparacionem, insu-
E: fationem gratiae aliquodæ praecedentem, sicut tricentum septimum & quadraginta tertium
primi faciunt mentionem: quam tamen preparationem non dicit: solum hominem fac-
re sine Deo, nec antecedenter Deo, neque ipsam esse meritoram quomodo liber gratiae gratis
data. Etsi super epistolam ad Hebreos videatur velle negare Deum propriæ agere actum
voluntatis humanae, aparet tamen alibi hoc sentire: Vnde super illud Matth. 27. Si quis vo-
bis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & confessum dimittit eos, sic ait: Nec
paruum esse existimes quod factum est: Quis enim suscit dominis iumentorum non velle con-
tradicere, vel nolentes silere & concedere? Et in hoc discipulos erudit, quoniam & Iudeos
poterat prohibere, sed non sinit. Aut fortitan intelligit, quod Deus non sic agit aut præagit actum
voluntatis humanae, quod eam iuvit compellat, aut violenter necessiter ad agendum. Vnde
super

Chrysost.

Cyrillus.

Isidorus.

super illud Matth. 16. Si quis vult post me venire &c. scribit ita ; Vide quod non coactum A facit sermonem : Non enim dixi, si volueritis, & si nolueritis, oportet hoc vos pati ; si quis vult &c. Hoc autem dicens, plus auterabat : Qui enim libertati auditorem dimittit, magis auerat ; qui vero violentiam inferat multos impedit. Qui &c. super idem verbum Christi, Luc. 9. sic ait ; Cum autem Saluator sit pius & benignus nullum iniurium aut coactum habere vult famulatum, sed spontaneos, & gratias agentes ei pro famulatu ; & ideo neminem cogendo, aut necessitatem imponendo, sed persuadendo & benefaciendo vniuersos volentes attrahit, dicens, Si quis vult. Ex isto autem apparet quod ipse ponit Deum præagere actum voluntatis humanae ; cur alias dicit, quod Saluator vult habere spontaneos famulos, & pro famulatu gratias ei agentes : Cur enim agent gratias Saluatori, nisi pro famulatus beneficio prius dato, & prius accepto ab eo ? Alioquin videberet, quod Saluator prius teneretur reddere gratias famulis, ex quod ipsis sui famulatus obsequio gravitate præuenient. Noane & si quis aliter saperet, peruerteret verba Christi, nec posset esse Christi discipulus sed in agister, hec B Euangeliorum series manifestat : Dicit enim Christus ; Si quis vult post me venire : Non dicit, Si quis vult ante me ire, aut me praetereire, & sequatur me ; non dicit, & præcedat me. Et icerum, qui non bauiat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. Licit igitur Chrysostomus aliquoties forsitan aberrauit, videatur se postea corrixisse, & quod erroneè dixerat retractasse. Vnde Beatus Cyrillus Alexandrinus Episcopus in quadam epistola ad Ioannem Antiochenum Episcopum, & recitat in canone dist. 50. Iohannes, sic scribit, Iohannes Chrysostomus duabus Synodus orthodoxorum Episcoporum fuit iudicatus, sed iterum fuit reiutitus : Non tamen expreſſe ibi habetur, quod ipse fuit dijudicatus ex causa hereticis aut erroris in sua doctrina, in scriptis suis aut dictis ; veruntamen immediatè ante præmititur isto modo : Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorum factus est ; Paulus Stephanum lapidauit, & tamen a Domino in Apostolum est electus ; multique ab hereticis ad unitatem Catholicæ fidei reuertentes, in suis ordinibus sunt recepti, alii vero ad Episcopalem gradum sunt promoti, utpote Augustinus & alii quamplures. Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum, Iohannes Chrysostomus &c. licet supra. Isidorus tamen Hispanensis Episcopus de viris illustribus 6. post magnam commendationem huius Iohannis, subiungit ; Hic autem decimo tertio Episcopatus sui anno discordia Theophili Alexandrini Episcopi est oppositus. Nam fauientes Episcopi Arcadio Imperatori damnauerunt eum innocentem, atque ab Episcopatu deiecerunt, Ponto in exilium retruserunt. Nescio tamen an ista damnatio fuit aliqua dijudicatio prædictarum, an alia separata : multum tamen presumendum videtur pro multis orthodoxorum Episcoporum binio iudicio synodali. Theophylus quoque Alexandrinae civitatis Episcopus, teste Genesio Massiliensi Presbytero, de viris illustribus 7. erat Doctor Catholicus, hereticorum strenuus expugnator, erat que virtus sanctitatem laudabilis & insignis. Iohannes etiam Damascenus videtur errasse non parum in vita ; Cur ergo non potuit errare similiter in doctrina ? In libello namque de Philocostris & Philanteis, refutat deo, quod in Damasco inter Agarenos, qui dicuntur communiter Saraceni, ipsorum literas didicit opportunè, & quod propter eam, quæ ad omnes mansuetam & dulcem colloquutionem manifestus Regi effectus est, & honore maximo ab ipso dignificatus est, & cum ipso adibat, ut dilectus ad ipsum Mahometum focum seu sepulchrum ; coactus est autem illuc à Rego adorare, & ipse ipsum corpus venerari, & lapidi inclinari, & ipsum Mahometum prædicare, & prædicans Mahometum, dixit obscurè. Isti dicunt, & magna voce, quod Mahomet Dei Apostolus est : Reuerentibus autem ipsis in Damasco honoratus est à Rege, & magnitudinis ipsius magnificè velut prædicans omnino inquinatum. Si quid tamen haec faciens prophane pollutionis contraxit, videretur abolitum & purgatum in accusatione sui mendosæ lequentे super crimine pessimo erga Regem, & absolutione pollicis dextre manus, quem secum deferens flexis genibus coram imagine misericordissimæ virginis, quam penes se habuit, & orans deuotè cum lacrymis & profundissimo genitu per tres dies E ipsum perfectè restituī impetravit ; mortuo quoque Rego prædicto, factus Monachus, in libro suo, qui Pinax, sive de centum heresis nuncupatur, loco centesimo heres in Agarenorum, eorumdem & Ilmaelitarum redarguit & reuicit : Veruntamen similibus forte modis, quibus Chrysostomus, & etiam per vicepsimo octavo huius præmissa potest fortassis & Damascenus exponi, & similes Doctores Catholicæ, qui similia protulerunt. Rationabiliter namque debennus ^{catholice} _{catholicon} dicta in benigniorem partem quam possimus interpretari ; hereticorum verbi odium cōrūm perfectum iuxta ipsorum heres estimare. Intelligentia namque dicit ex intentione & cœla penlatur dicendi. Nec debo rationabiliter argui accusare Chrysostomum, Damascenum, & alios sanctos crimine pessimo, heretica scilicet prævaricatis, quoniam

A miam etsi dixerint heres in non statim hereticici haberenter : Qui enim ex simplicitate & ignorantia dixerit heres in non intendens illam pertinaciter defensare, sed paratus stare iudicio Ecclesie & maiorum, non stolidus pro hereticis habendus est. Absit ; tunc enim nimis multi & magni Doctores Catholicæ elocent hereticis ; Absit, abit, sed portus de numero talium qui emulacionem Dri habent, sed non secundum scientiam : quolibet dici potest. Si quid aliter sapient, & hoc vobis Deo resucribat, corripiens est ergo & leniter instruendus. Dicit enim Papas. Papas, Heretici dicuntur, qui de Domino vel creatura, sive de Christo vel Ecclesia prætentunt, ac deinceps conceptam novi erroris perfidiam pertinaci prævaricati defendunt. Augustinus quoque 18. de Civitate Dei. 52. Qui, inquit, in Ecclesia Christi morbidum aliquid primumque sapient, si corrumpit, sanum rectumque sapient, resiliunt contumaciter, suaque perfrustrata & mortifera dogmata emendare nolent, sed defensare persistunt, heretici sunt, & fortis executes habentur in exercitibus inimicis. Hoc idem euidenter probatur per Innocentius.

B itiam tertium, qui, sicut patet. Extra de summa trinitate & fidei Catholicæ, damnavit & reprobavit quandam libellum Abbatis Iohachimi de Trinitate, tanquam hereticum ; ipsum tamen Iohachim, quia omnia scripta sua submisit iudicio Romanæ Ecclesie, nequaquam sicut hereticum condemnauit. Vnde sic ait ; Si quis sententiam vel doctrinam prefaci Iohachim in hac parte defendere vel approbare præsumperit, tanquam hereticus ab omnibus confiteretur, in nullo tamen propter hoc florenti Monasterio, cuius ipse Iohachim exinde militatur, volumen derogari ; quoniam & ibi regularis est institutio & obseruaria silvatica ; maxime cum idem Iohachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit. Apostolicæ sedis iudicio approbanda, sive etiam corrigeenda ; dictans etiam epistolam, cui propria manu subscripta est, in qua firmiter continetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ, disponente Domino, cunctorum fideliū materest, & magistra. Eris quis adhuc objiciat, quod secundum meam sententiam saltem scripta Chrysostomi, Damasceni, Cassiani, Iohachimi, &

C certorum Doctorum scribentium quandoque heretica non essent legenda, nec etiam alleganda propter suspicionem & timorem veneni inclusi. Imo sicut legenda, non tamen sicut sanctum Euangeliū, sed cum prudenter & cautela, sicut Cassiodorus monachus legere Cassianum, sicut superioris recitat, sicut etiam alii Doctores monent legere Origenem, quem constat, sicut idem Doctores affirmant, in pluribus pessime delirasse. Vnde Cassiodorus de institutione diuinarum literarum 1. Origenem, inquit, multorum Patrum sententia designat hereticum. Hunc licet tot Patrum impugnet autoritas, præsentem tempore & à Vigilio beatissimo Papa denudo constat esse damnatum ; sed quemadmodum legi debet, in epistola, quam scripta ad Tranquillum sanctum Hieronymus, probabiliter indicavit, ut nec studiosos ab eius lectio necessary remoueat, nec iterum incautos præcipitet ad ruinam : quem quidem non immorit more Aneri habendum esse dixerunt, qui dum sacramentum condit paternaria literarum, ipse tamen decostus exiccatusque proiecitur ; de quo conclusum est dictum.

D est ; Vbi bene, nemo meius ; vbi male, nemo peius ; & ideo caute sapientemque legendum est, vi sic inde succos saluberrimos assumamus, ne pariter eius venena perfidie vite nostra contraria sorbeamus. Cui & illud conuenienter aptari potest quod Virgilius, dum Ennium legere, à quodam, quid faceret, inquisitus respondit ; Autum in stereore quoero. Quapropter in operibus eiusdem Origenis, quantum transiens inuenire prævalit, loca quæ contra regulas Patrum dicta sunt, hæc hereticon repudiatione signani, vi decipere non prævaleat, qui rati signo in præcis scilicet causendis esse monstratur. Posterior autem in toto dicunt cum esse fugienda, proprieitia quia subtiliter decipi innocentes. Sed si adiutorio Domini adhibetur cautela, neque ut eius doceat venenosam. In concilio quoque Carthaginensi 4. sicut recitat Gratianus, dist. 37. legitur isto modo ; Episcopus libros Gentilium non legat, hereticorum autem perlegat, aut pro necessitate, aut pro tempore. Istam quoque sententiam claram probat autoritas septimi Ecclæsiaisticae historiæ leptimi, & quadam alia tertio huius scriptæ.

E Quomodo autem scriptores, aut scripta huiusmodi debent allegari, cognoscitur ex præmissis. Non enim debent nec possunt sicut sanctum Euangeliū allegari, sed sicut testes probabiles scriptores etiam in locis vbi non probantur errasse. Veruntamen autorites talium quantum est ex parte dicentes non efficiunt plenam fidem. Qui enim constat semel errasse, & falsum dixisse, quomodo ratione solius dicentes, in alijs credam ei. Scio quod Iura ciuitalia, & canonica de tribus idem tenent. Quare & Augustinus ad Hieronymum epist. 19. in epistoli Hieronymi, ostendit, Nullum omnino esse mendacium in tota sacra Scriptura, quia admissa semel in sacra Scriptura officio alioq[ue] mendacio, nulla illorum librorum particulariter renzenebit, que non, ut cuique videbitur, eadem regula ad mentem ritis autoris officium referatur, siveque nusquam certa erit in facili literis castæ veritatis autoritas. Imo nequum autoritas talium qui errant

tarunt, verum etiam illorum qui non errarunt, sed errare potuerunt, si qui sunt tales, quantum est de autoritate solius dicentes, nequam fidem plenissimam administrat, sed solum illius, qui nec errat, nec potuit, potest, aut poterit inquam errare. Aut hec illius est allegatio Prophetarum, cum dicunt, hoc dicit Dominus, inquit autem hoc dicit Priscianus, Anistoreles, Tullius, Iustinianus, Pythagoras, Boetius, Euclides, Ptolomeus, aut quilibet aliorum errabilius. Quare constat factam Scripturam, quam Pater sanctificauit, & misceris in meum, ratione sui Autoris incrabilis, in firmitate & certitudine authentica, omnibus alijs incomparabiliter praferendam, & ipsi soli ratione solius Autoris fidem plenissimam adhibendam: Licer enim homines Scripturam canoniam videantur scripsisse, Et omnis homo mendax; non tam ipsi eam scripserunt, sed per ipsos velut per calamum suum Spiritus veritatis, Digitus dexter Dei, sicut eadem scriptura multis locis testatur, & Doctores Catholici contestantur, & catholica fides tenet: De alijs autem scriptoribus errabilius quibusunque, per quos non constat Spiritum Sanctum huius locutum, alter sentiendu*s*, B. sicut probat & docet doctissimus Augustinus locis superius memoratis.

C A P. XXXII.

Quod in omni non actione Deo & creatura communi, prius naturaliter est Deum ibi non agere quam ipsam, & est, quia Deus certam actionem per creaturam non agit, ideo creatura illam non agit, & non est contra.



Stenso siquidem, quod in omni actione Deo & creatura communi, Deus prius naturaliter agit quem ipse; reslat con sequenter ostendere, quod in omni non actione Deo, & creatura communi, prius naturaliter est Deum ibi non agere, quam creaturam: Videlicet quia Deus certam actionem per creaturam non agit, ideo creatura illam non agit, & non est contra. Hoc namque consequitur ex trigesimo huius plane: Sicut enim duorum mouentium secundum prius & posterius ordinatorum, ita quod primum potest ex se solo non impediibiliter mouere secundum, & secundum mouere non potest, nisi sicut instrumentum motum antecedenter D per prius, prius natura est primum mouere quam secundum; & quia primum mouet, ideo mouet secundum, & non est contra: sic & in non mouere similiter, sicut eudenter appetit in brachio, baculo, & pila, & motore coelesti Caelo, & aere: quod & ratio manifestat. Primum namque non propriè est effectus, sed defectus; quare non propriè habet causam efficientem, sed deficientem. Haec autem esse non potest, nisi causa superior deficiens ab agendo, quia si ageret, causaret habitum quo prius tolleretur. Sicut igitur positio causa prioris est causa positionis sui effectus posterioris: sic & remoto causa est causa remotionis effectus: Sicut enim presentia solis est causa diei, sic & eius absentia est causa noctis: sicut & presentia gubernatoris est causa salutis in naui, & eius absentia perditionis, sicut Philosophus 2. Phys. 30. 5. Metaphys. 2. & Anselmus de conceptu virginali, testantur. Quare Philosophus 5. Metaphys. 16. distinguens priora & posteriora; Alia, inquit, secundum postulatum: Excedens enim potestate prius & quod potenter: tale vero est cuius secundum praevoluntatem sequi est necesse, alterum est posterius; ut non mouente illo non mouatur, E & mouente mouetur; & est praevoluntas principium; vbi & texius quem Auerroes habet, Et dicitur ante secundum potentiam vel virtutem, sicut dicimus ante dominatum: Dominus enim quia est superior in potentia dicitur; dicitur ante etiam illud quod est fortis, dicitur ante & tale est illud quod cogit alterum sequi suam voluntatem: ita quod si illud quod est ante non mouetur, non mouebitur aliud quod est post; & si mouetur, mouebitur; & voluntas est principium hic. Super quod Averroes, Dignus, inquit, est illud quod cogit, illud quod est post, ut voluntas eius cōsequatur voluntatem suam; adeo quod si illud quod est prius, non mouetur, non mouebitur illud quod est posterius; & initio secundi quod hic dicitur ante, & post est voluntas scilicet quoniam voluntas debilioris sequitur voluntate fortiori. Et hoc intentione debat,

De Causa Dei.

A debat, cum dixit, Et voluntas est initium, vbi & in eadem sententia Albertus, Thomas, Flandrus, & omnes expositores concordant. Unde & Augustinus super illud Psalmi 148. *Augustinus.* Confessio eius super celum & terram; Attende, inquit, Caelum & terram ipse fecit, ipse regit, ipsius natus gubernantur, ipse trahit tempora, momenta, ipse instaurat; per ipsum oratione; ergo ista laudant illum sive in statu, sive in motu, sive de terra deorsum, sive de Caelo tursum, sive vetustate, sive renovatione: Cum videt haec & gaudes, & attollis in altissime, & inuisibilia eius per ea, quae tactasunt, intellecta conueneris, confessio eius in Caelo & in terra. Hoc idem similiter confirmatur per Philosophum 1. *Philosophus.* inquit: medium negativum, propinquum demonstratum conclusionis negativa; ut quare paritas non respirat, ostendens non posse dici quia non est animal, quia tunc esse Animal, est ea causa propinqua respirandi, & sic omne animal respiraret: Si enim negatio est causa ipsius non esse, affirmatio est causa ipsius esse: Sicut esse sue mensura calidi & frigidi non facienda causa est; sic esse cum mensura eorundem est causa sanandi: & similiter, si affirmatio est causa esse, & negatio est causa non esse. Quod & Robertus Lincolnensis illum locum exponens similiter plane tenet: Thomas quoque ac alijs exponentes. Item si creaturam non agere esset causa quare Deus non agit, & creaturam agere esset causa quare Deus agit; quare & prius natura est creaturam agere quam primum agens, & prius natura est causa secundam mouere quam primam contra tricesimum huius plane. Item proportionaliter indicant actuum prius non agere in passiuo posterius, & passiuo posterius non pati ab actuuo priori, atque actuum prius non agere per actuum posterius, & actuum posterius, non agere per actuum prius; Sed uotum primorum primum est causa secundi & naturaliter prius illo, quare & reliquorum diuorum similiter. Quis enim vel leviter dubitet, quod quia actuum non agit in passiuo, ideo passiuum non patitur, non est contra; sicut quia actuum agit, ideo passiuum patitur, non est contra; sicut & agere est causa pari, & ipsum naturaliter antecedens? Quis enim negeat, quod quia Deus non fecit unum Angelum possibiliter fieri quemque non fecit, ideo ille Angelus non est factus, & non est contra? Et quia non fecit aliam stellam in Caelo, ideo non est facta, non est contra? Et quia non fecit Angelum perfectiorem in naturalibus, ideo non est perfectior, non est contra? Et quia non fecit Caelum maius, ideo non est maius, & non est contra? Item cuiuslibet negationis vere prima causa est in Deo, sicut decima pars, & undecima decimi tertii primi monstrant; Negationis autem, quae non est necessaria, sed contingens causa, in Deo videtur esse, non velle sic esse, vel non facere ita esse, sicut similiūm affirmationum causa in Deo est: Deum velle & facere esse, sicut nonum primi demonstrat. Ita quicquid non fit a causa secunda Deus vult non fieri, & non vult positivè, scilicet habet nolle illud fieri ab ea; sicut vigesimum secundum primi & corollaria eius docent; & hoc non causaliter, nec antecedenter a causa secunda, sicut vigesimum primi monstrat: Prius ergo naturaliter & causaliter est Deum nolle positivè, quare & nos velle atque non facere causam secundum agere, quam ipsam non agere. Item per idem vigesimum; Nulla res positiva posterior volentia diuina est causa voluntatis ipsius; & multum videtur indignus, quod aliqua priuatio esset causa voluntatis diuina; Causam ergo secundam non agere, non est causa quare Deus vult illam non agere, & non vult positivè agere, nec quare non agit, sed est contra. Item per secundum primi, si Deus subtraheret manum suam qua custodia sustentat, ipsa in nihilum verterentur; & hoc causaliter propter subtrahitionem conservationis diuinæ; quia namque Deus non seruaret entia, ideo non essent; non autem quia non essent, ideo Deus non ea seruaret; sicut ante productionem rerum, quia Deus non produxit, ideo non fuerunt, & non est contra; sicut & adhuc fuisse, si adhuc nibil produxisset; & sicut nunc est de multis non entibus non productis, quae portat produxisse. Unde & Aviceccena: Metap. 9. Intentio essendi est ex causa, quae est causa essendi, & intentio non essendi est ex causa, quae est priuatio intentionis causa essendi. Cui & concorditer August. 12. de Ciuitate Dei 17. Deus, inquit, vna cademque sempererna, & incommutabili voluntate res quas condidit, & vt prius non essent, egit, quia non non fuerunt; & vt posterius essent, quia non esse cepere. Dicitque Apostolus, qui vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, ad Rom. 4. quoniam & hoc aliter exponatur: Dicit quicquid Propheta, vocavit famam super terram, Psalmi 104. Super quod Augustinus vna expositione premissa subiungit, An quod est credibilis, vocavit famam, id intelligendum est, dicit ut vt famae esset; vt hoc sit vocare quod appellare, hoc appellare quod dicere, hoc dicere quod ubere: Nam ille vocavit famam, qui vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt: Unde & Anselmus de CauDabili 1. Deus dicitur facere non esse, quod non est, quoniam cum posset, non facit esse; ac si consideras ea quae sunt cum transirent ad non esse, non ipse facit ea non esse; quoniam namque que

Anselmus.
Augustinus.

Apostolus.
Propheta.
Augustinus.

Anselmus.

que non solum non est alia aliqua essentia nisi illo faciente, sed nec aliquatenus manere potest, quod factum est, nisi eodem ipso seruante. Cum ipse desinit seruare quod fecit, ideo quod erat, reddit in non esse, quod non ab illo habet scilicet non esse, sed quia cessat facere esse. Ecce quam plane tatur, non esse, non habere causam efficientem propriè, sed potius deficientem; causam scilicet factiam, & seruatiam deficientem facere & seruare, id est non efficientem rem possibilem fieri, aut factam non seruantem, sicut superius tangebatur.

C O R O L L A R I V M .

Huius Capituli Coroll. in Catalogo non reperitur.

Regum.

EX his autem non improbabiliter videatur inferri, quod Deum non dare scientiam, gratiam, aut per se unum, seu quodlibet munus suum creature capi, est causa quare ipsa non accipit, & non habet, & quia Deus non dat, ideo creatura non accipit, & non est contra. Hec autem corollarium non negat Deum quandoque non dare gratiam aut alia inimera propter cuiuslibet non recipientium, sed affirmat quod propria & per se causa non acceptio, est non datio, non est contra. Videtur autem hec corollarium ad prehabita consequi manifeste: Apparet quoque posse ostendti, sicut & conclusio principialis. Quis cuam nesciat omnem scientiam dari a Deo, sicut ex sexto primi, tertio & vigesimo huius secundi pater, & specialiter scientiam Prophetalem, & revelationes multiplices arcandorum, ad quae nullus potest artingere per viam ingenij naturalis, sed tantum per revelationem diuinam? Cur ergo non omnes habent omnes istas scientias, nisi una illae non dat, per quem datur sermo sapientie & scientie, diuidens singulis prout vult? Quare & Elizaeus Dominus inquit, celauit a me, & non indicauit mihi 4 Regum 4, per hoc reddens ignorantiae sua causam? quis etiam legens, & non negligens libros Propheticos, non facile videat Prophetas non semper habuisse revelationes Caudiuas, nec spiritum Prophetarum, quare nec semper habuisse Propheticas visiones, sed quando placuit reuelantur quae ergo causa huius non acceptio, nisi non datio, sicut & videtur Gregorius super Ezech. homilia prima testatus? Et si dixis quod desidia, aut peccatum aliquis sit causa quare Deus non dat ei huiusmodi scientiam Prophetalem, certè peccato & desidiano non obstante posset Deus, si vellet, huiusmodi scientiam ei dare. Malis etiam quandoque ostendit Deus revelationes Propheticas, & viris sanctissimis non ostendit; Eisdem quoque Prophetis sanctissimis quandoque ostendit huiusmodi visiones, & quandoque abscondit; Angelis quoque malis & primis parentibus ante Peccatum, & sanctis Angelis confirmatis, quia nunquam peccauerunt, nec vngenera peccabunt, non dicit Deus omniamodam Prophetiam, sicut ex 16. huius patet, quae ergo causa huius non acceptio, nisi non datio reputanda. Præterea si Angeli, & primi parentes secundum opinionem quorundam erant creati D extra gratiam, & tales sine culpa per aliquam mortuorum permanserunt, causa quare tunc non accepserunt nec habuerunt gratiam sicut, quia Deus non dedit, non est contra, sicut nullus ignorat, quare & nunc similiter. Item proportionalia iudicantur non dare gratiam, & non accipere gratiam, atque non dare tantam gratiam, & non accipere tantam; sed certum est quod Deus non date Angelo in principio, vel parvulo baptizato tantam gratiam, vnam scilicet maximam, cuius tuus capax, quam ei non dedit, causa sicut quare non recepit, & non est contra. Item de parvulis hoc videtur perspicuum: Quia namque rationis imagine dici potest, quod parvulus nos accipit gratiam, ideo Deus non dare am, & non potius est contra? Item de adultis ponatur iuxta premissa de gracia & penitentia primo huius, quod duorum peccatorum omnino equalium ante hoc instans, qui & quantum in eis fuisse, fuisse & quales in hoc instanti, Deus vni coosferat gratiam suam gratis, alteri vero nequaquam, tunc causa quare iste non recipit est, quia Deus non dat: Si enim daret aut dare vellet isti, ita recipere iste sicut & ille. Et si dixis quod vnum prius meruit, vel saltem dispositus se, vel nunc facit, & alter nequaquam, & ideo iste accipit gratiam, ille nequaquam, non sive positionem premiam, que posuit in omnibus paritatem. Secundum: cuam præstens de gratia primo libro, nullus gratiam priam meretur per dispositionem præsumam, nec per aliam quamlibet actionem. Cum etiam isti sint patres in omnibus, excepta illa dispositione seu merito, & per trigesimum huius nullus potest elicere meritum, dispositionem, vel actionem quamcumque, nisi Deus prævolente & prægente, & per decimum primi, si Deus præuelit quemcumque quidlibet facere, hoc necessario facit; Causa ergo quare iste ita meretur, & se disponit ad gratiam, est quia Deus antecedenter hoc vult, & facit; est Deus ita vellet de alio, ille similiter faceret, alterum que non potest: Causa ergo quare iste non ita meretur, & se disponit, est quia Deus non vult hoc

A hoc, nec effici hoc in eo, quare ista similiter est, causa quare iste non recipit gratiam, pertinet cum secundum deo, non conatur gratiam sine predicto, aut depositione humanae præcedente. Et si utrum dixeris, quod Deus offert cuiuslibet gratiam, & vult quod eam recipiat, non tam absoluere, sed sub ista conditione, si sponte consentiat per corollarium 3*et* huius *Responso 2.* iterum corrigeris. Præterea videas supponere hominem posse ex solo vel saltem ex se antecedenter, cum Deus oblatione gratie consenserit contra 3*et* primi, 2*et* 3*et* huius *Responso 2.* Item iuxta premissa contra telos hujus, priorem ponantur, quod peccatores pares in omnibus, quibus Deus offerat, & qualiter gratiam, & cum secundum te non sit neque si quemlibet recipere gratiam sibi oblatam, ponatur vnum illam recipere, alterum vnde nequaquam: illorum qui ergo recipit gratiam consentit, & causa huius est, quia Deus volenter & præuolendo operatur & præoperatur in eo consentit, nec potest aliter conspire, sicut 3*et* huius *Responso 2.* B & qui non recipit gratiam non consentit, nec hoc potest, nisi Deus præuolendo hoc præope- retur in eo, nec ipse potest facere Deum præuelle & præoperari hoc in ipso, nec Deo præuolen- ti & præoperari volenter resulteret per 1*et* primi libri: causa ergo quare non potest consentit, est quia Deus ipsum non vult præuenire, nec præuenire operando; Si enim Deus hoc vellet, ita conser- tit iste sicut ille. Alterum forte dices, quod Deus offert gratia cuiuslibet gratia, dum tamco aperiat R³ manu sua, dum aperiat huius sui, dum aperiat cordis arcu, grande receptricē, quare qui accipit, ideo accipit, quia Deus dat; qui vero non accipit, ideo non accipit, quia non aperit, sicut Deus non dat, quia iste non accipit gratia que offertur, sicut si portigā tibi manus & tu accipis, non ideo quia accipis, sed est contra, & si alteri portigā quippiā & ille non accipit, oīdū ideo non accipit, quia non do, sed ideo non do, quia non accipit. Hancātē responsio castigabitur ut pre- cedens, & per 3*et* cap. primi libri. Præterea quando Deus offert cuiusdam gravam, quid intendit de receptione gratie finaliter circa ipsum? Velenim intendit & vult quod eam recipiat, C vel nequaquam: si intendit & vult quod eam recipiat, per 1*et* primi semper futua, nec potest dicere, quod Deus conditionaliter hoc intendit, sicut p^rmissa, contra resonem proximi manifestant. Si Deus hoc non intendat, nec velit cum bene sciat, quod, nisi hoc intendat & velit, & hoc antecedenter & independenter respectu actionis seu pulsibus humanarum, in- anter & delutori eam offere; quis enim ratioabilitate offert quicquam alicui indigenti, non concessis alijs necessarijs, siue qui bus bene facit offiriens indigentem non posse, illud recipere, nec illa alia posse habere a se lojo aut antecedenter a se, nec ab alio, alio, præterquam ab ipso, offerte omnia gratis dante, & gratuite inchoante? Mirabilis misericordia est illa que in nullo reuelaret miseriam miseri, sed potius aggraveret, dum ei delutori porrigeret fati & non daret. Imo per 2*et* primi & eius corollarium. Si Deus non intendit, nec vult hoc, intendit & vult eius oppositum, ubi maior & delusio & duplicitas videtur. Vel arguitur hoc modo, Deus cum offert aliquid gratiam, vel vult eam dare ei, vel non vult caudare ei & sicut D supra. Item in exemplo proprio, si tu offeres mihi quicquam, & bene teires quod non possem per me solum, nec per adiutorium cuiusquam alterius aperire manus meam contractam ad recipiendum, nec incipere aperire, aut aliquid facere, nisi per te omnia inchoantem & con- tinue prosequentem, scilicet non esse porrectate mea quid tu circa me velis, & quod quic- quid velles statim fieri, & non velles, in modo nolles quicquam agere vel iuvare ad aperiendum manus meam, nomine tu es in causa quare non aperire manus & recipere manus tuum? Quare & te non dare, est causa quare ego non recipiem. Hoc etiam confirmatur. Dñe, vt dicitur Iurista, est accipere facere, dare ergo non solum importat offerre, sed & accipere: quo modo ergo dicitis acceptio, non est causa dationis? In modo non est causa dationis, sed dationis est causa, sicut & oblatio. Sicut enim oblatio, sic & acceptio precedit naturaliter & causat dationem, & ipsam ethic & consummat: nisi enim accipero, non sum meus. Præ- terea si date importat haec duo, offerre & accipere, defectus dationis seu non date potest conjuncte vel ex defectu oblationis, vel ex defectu receptionis: qui ergo cum potest, non facie- trumq; necessario requisitus ad datur, & sine quo neutrū potest fieri, est causa quare non datur. Si ergo offeras mihi quicquam, & potes facere me recidere, nec ego aliter possum recipere, causa quare non accipio, est quia non facis me accipere. Quod vt adhuc clarius elucescat, ponatur ita esse sapientē Doctorē, me autē insipientē discipulū, qui & ex præcepto Patris me Domini ac- ferri cōmuni seneatis, præberet mihi doctrinā, simq; tuis sub potestate tua: quod si erit facilius offeras mihi doctrinā, ego illā accipia, sin autē minus, nequaquam. Si igitur tu non offers nec das mihi doctrinā, nec ego ea accipio, nonne Dominus reputabit in causa quare ego non acci- pio disciplinā? Et immo quod iusto iudicio reputabit. Adhuc forsitan non defines responderem. Cēdo, quod Deus offert cuiuslibet gratiam, & quida non ponunt obice gratias, sed dantes eū collut, & ideo ipsi recipiunt gratiam eis oblatā; alii autē ponunt obicem gratias, posse nec non collutare, quare ipsi nequaquam cum accipiunt: sicut est de illuminatione & non illuminatione domini & folie

*Exodus.
Ezechiel.
Apostolus.
Augustinus.*

Augustinus.

Augustinus.

sole per fenestrā apertā & clausā. Pro ista autē responsione viderunt quārē rationabiliter A quid sit obex. & videatur quod sit aliquod obiectum, seu rebātū grauz, scilicet peccatum mortale repugnans graue salutari, siue non confitens, seu diffensus, non aperio seu clausio cordis humani cūm gratia Dei offertur. Et quicquid obex dicatur, potest ista responsio corripi, sicut alia precedentes, cūm nullus possit hunc obiectum tollere nisi Deus, vel per Deum ipsum prætolleretur. & si ipsa est velut tollere, irreflexibiliter tollitur, sicut de cūm primi docet. Hoc idem & pœnitentia cūm eadem decimo primi monstrant, vnde & ipse metu dominus, Misericordiā cūm volūtō, & clemens ero in queri mihi placuerit, Exod. 33. Et iterum, Auferam cor lapideum, &c. Ezech. 36. glossa s; id est, omnium duritiam, & cor incredulitatis. Et Apostolus, Cūm vult misericordiā, & quem vult inducat, ad Rom. 9. Et Augustinus de p̄destinatione sanctorum 9. tractans illud Iohann. 6. Omnis q̄rādūs à Patre, & dicitur, venit ad me; Vnde, inquit, temora est à sensibus carnis hæc schola, in qua Deus auditur, & docet. Multos venire ad filium videntur, quia multos credere videntur in Christum; sed vbi & quomodo hæc à Patre audiunt & dicunt, non videntur. Namirum gratia ista secreta est: grām vero estis qui ambigat? Hæc itaque gratia quæ occulit humanis cordibus digna largitate tribuitur, à nullo duro corde repulitur: Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritas primūtū auseratur. Quoniam ergo Pater intus auditur, & docet ut veniat ad Filium, auserit cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Propheta p̄dicente promisit, sic quippe facit filios promissionis, & vasa misericordiæ quæ preparauit in gioriam. Et sequitur decimo: Cur autem non omnes docet ut veniant ad Christum, nisi quia omnes quos docet, misericordia docet; quos autem non docet, ideo non docet, quoniam cuius vult misericordiā, & quem vult obdurat. Et si dixeris obicem esse actum aliquem positiūm gratiæ repugnantiem, pura iactuā contradictionem, rebellionē sine contemptu, & ipsum tolli non posse, nisi per nos actionem: ita priuationem actus huiusmodi, quæ non est à Deo, seu non antecedenter à Deo, sed ab homine, adhuc poteris corripi sicut prius. Præterea tunc omnis non habens huiusmodi actum contrarium recipere gratiam, quod falsum est de patulis, de morionibus, de adultis, fanis, dormientibus, seu vigilantibus, habentibus actus bonos morales, vel indifferentes, vel venialiter tantum malos, quales potest habere in gratia constitutus. Item quomodo dicas actum talēm tolli non posse, nisi per non actionem, aut soiam priuationem agendi? Potest enim per actum contrarium positiūm, sicut contemptus per obediētiā, odium per dilectionem, & ita de alijs: Quām facile ergo posset Deus, si veller, tollere huiusmodi obicem, siue actum? Huiusmodi quoque obex per 30. huius sit, & ponitur antecedenter à Deo: quomodo ergo vult Deus confere huic gratiam, in quo parat obicem gratiam repellentem? vel si Deus non dat gratiam propter obicem resistenter, & ipse Deus scienter & p̄cedenter causat hunc obicem, quomodo non ipse Deus est crux non acceptiois gratiæ salutaris? Huic etiam Corollario attestari videtur virtusq; series testamenti, & Doctorum autoritas copiosa: Quis enim, qui vel corticem sacra scriptura aut Doctorum respexit, nesciat Deum omnia suis mensuris, numeris & ponderibus originaliter statuisse, sicut & breueri tangit 46. primi? Cū ergo non sicut antecedenter & originaliter statuit & prouidit numerū electorum, sicut 46. primi & 5. huius testantur, sic & numerū crediturorum & perseueratorum finaliter similiter statuerat, ita quod sicut tantus, & non maior, neque minor? Quis ergo causa primaria negationis istius? Nonne illa, qui numerat multitudinem stellarum, multitudinem scilicet saluandorum, sicut est causa quare non sunt plures stellæ materiales in cœlo, sicut etiam est causa quare cœlum non est maius? quæ etiam causa quare istæ sunt unitates numeri electorum, & non pro istis alijs totidem, bisillae qui omnibus eis nominata vocat, sicut est causa quare hæc stellæ materiales non sunt alijs creatæ, & iste mundus non aliustum isti non alijs creaturæ? Quis etiam dubitet, siue Deus prouidit & statuit numerū certum stellarum, sic & arena maris quia reprobri figurantur, sicut 27. primi & sequentia manifestant, cūm & post finale iudicium volet numerū damnatorum essentium præcisè. & E non voluntio nouella, nec à posterioribus rebés causata, sicut 23. & 20. primi docent? Quis etiam Theologus, si non Pelagi socius, nesciat priuatum causam reprobationis, & voluntoris diuinæ quæ quodam eternaliter reprobat, esse ex parte Dei reprobantis, non ex parte Angeli vel hominis reprobati, sicut patet ex 45. primi? Si tamen non accipere gratiam & perseuerantiam est causa non dandi, est et contra. Quare & Augustinus, Gregorius, alij Doctoris inuuenti frequenter, & dicunt non esse querendam, neq; assignandam causam non tractio- nis à Deo, non auditiois, non obediētiā, non perseuerantia, & similiū, ex parte non tra- fici & similiū; sicut multa p̄missa de gratia, de pœnitentia, & de perseuerantia manifestant. Augustinus siquidem 1. part. super Iohann. homil. 26. Quem, inquit, trahat, & quem non tra- hat, quare illam trahat, & illam non trahat, noli velle indicare, si non vis errare. Si tamen ideo

Pater

A. Pater quenquā non traheret, quia ipse non trahitur, posset rationabiliter quārē quia & veraciter reddi quare. Item Exod. 4. legitur Dominum dixisse ad Mosen, Quis fecit os homi- Exodus. nis, aut quis fabricauit mūtū & surdū, videntē & cecī? Nonne ego? Glossa super verbum, Glosa. mutum, In ore, inquit, vel in spiritu; quare & reliqua sunt similiter expoundenda. Vbi & alia glossa, scilicet Augustini, Sunt, inquit, qui de Deo calumniantur, vel potius scriptura Veteris Augustini. testamenti, quia dixit Deus quod fecit mutum. Quid ergo dicunt de Christo aperte dicentes, Egovi, vi qui non vident, videant; & qui vident, ceci fiant? Quis autem nūl insciens crederet, aliquid homini secundum virtutē corporalia posse accidere quod Deus nolit? Sed eum iūstē totum velle nemo ambigit. Cui & concorditer Moses Deut. 29. Vos inquit, vidistis vni. Denter. uersa quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegypti, Pharaoni & omnibus seruitus eius vniuersaq; terræ illius temptationes magnas quas vicerunt oculi tui, signa illa portentaque, ingen- B tia, & non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes, & ares quæ possint audire vñq; in præsentē diem. Glossa, cor intelligens, & voluntatem operandi quæ intelligit, & oculos tenui. Glosa. cett cordis videntes, audire, i. obedire. Quibus & non dis. ordinet Esaias, Excede cor populi E. f. a. t. huius, & aures eius agraue, & oculos eius clade, ne forte videat oculis, & auribus suis audiatur, & corde suo intelligatur, & conuertatur, & sanem eum, Es. 6. Similem quoq; sententiam doceat Christus, sicut Matt. 13. Marc. 4. & Lue. 8. evidenter appetat. Vnde & Ioh. 1. Cūm au- tebra. tera tanta signa fecisset coram eis, non credabant in eū, vt sermo Esaiæ Propheta impleretur, quem dixit Dominus, Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini curieuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excede oculos eorum, & indu- rauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligent corde, & conuertantur, & sanem eos. Quod tractans Augustinus 1. part. super Iohann. homil. 53. ita scribit, Quid vero addidit, & conuer- Augstini. tantur, & sanem eos; vtrum subadjendū sit, non, i. non conuertantur, connecta defusus sen- C tentia, vbi dictū est, vt non videant oculis, & intelligent corde, quia & hinc vñq; dictum est, vt non intelligent; & ipsa enim conuersio de illius gratia est, cui dicitur, Deus virtutū conuerte nos; An forte & hoc de superna medicina misericordia factū intelligentēm est, vt quoniam peruersa & superba voluntatis erant, & suam iustitiam constitueri voiebant, ad hoc defere- rentur vt excecerentur; ad hoc excecerentur vt offenderent in lapidem offenditionis, & im- plerentur facies eorum ignominia, atq; ita humiliati quererent nomen Domini, & non suam qua inflatur superbus, sed iustitiam Dei qua iustificatur impius? hoc enim multis zorū profuit in bonum, qui de suo scelere compunctione Christum postea crediderunt, pro quibus & ipse ora- uerat dicens, Pater ignosc illis, quia nesciunt quid faciunt. Qui & in questionib; Euangelij, Augstini. sicut recitat glossa Thomæ super Matt. 13. vbi allegatur eadem autoritas Esaiæ, sic ait, Ocu- los suos clauerunt, ne quando oculis videant; i. ipsi causa fuerunt, vt Deus eis oculos clau- deret. Alius enim Euangelista dicit, Excede oculos eorum, sed virtus nunquam videant, D an vero ne vel sicaliquando videant ecceitate sua sibi displacebentes & se dolentes, & ex hoc humiliati atq; communi ad confitendum peccata sua, & p̄ quārendum Deum. Sic enim Marcus hoc dicit, Ne quando conuerterentur & dimittantur eis peccata: vbi intelliguntur peccatis suis meruisse vt non intelligerent; & tamen hoc ipsum misericorditer eis faciunt, vt peccata sua cognoscerent, & conuersi veniam mererentur. Quod autem Iohannes hunc locum dicit, Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excede oculos eorum, & fodu- rauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligent corde, & sanem eos, aduersari videntur huic sententiæ, & omnino cogere, vt quod hinc dictum est, ne quando oculis videant, non accipiantur, ne vel sicaliquando oculis videant, sed prorsus vt non videant; quam- doquidam aperte dicit, Ita vt oculis non videant. Et quod ait, Propterea non poterant credere, satis ostendit non ideo fastam execrationem, vt ea commoti & dolentes se non intellige- re conuerterentur aliquando per pœnitentiam. Non enim possent hoc facere nisi prius crede- rent, vt credendo conuerterentur, conuersione || sanarentur, sanitate intelligent, sed ideo po- || salutem- tu: Quod si ita est, quis non exurgat in defensionem Iudeorum, vt eos extra culpam fuisse pro- clamet, quod non crediderunt? Propterea enim non poterant credere, quia excecerant oculos eorum. Sed quoniam potius Deus extra culpam debet intelligi, cogimur fateri alijs quibusdam peccatis ita eos excecerat meruisse, quia tum execratione non poterant credere: Verba enim Iohannis ista sunt, Non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excede oculos eorum. Frustra itaque conuertit intelligere ideo fuisse exceceratos, vt conuerterentur cum conuerti non poterant; quia non credebant; & ideo credere non poterant, quia excecerati erant. An forte non absurdè dicimus quodam Iudeorum fuisse sanabiles, sed tanto cum tumorē superbia periclitatos, vt eis expediret primò non credere, & ad hoe- fuisse

¶ confite-
rentur,

Augustinus.

Exodus.

Gregorius.
Augustinus.

¶ enim

fūlles cecatos, ut non intelligerent Dominum loquenter parabolas, quibus non intellectis non in eum crederent; non credentes autem cum ceteris desperatis crucifigerent eum, argue ita post eius resurrectionem converterentur, quando jam de reatu mortis Domini humiliati amplius diligenter, à quo sibi tantum scelus dimissum esse gaudent, quoniam ranta eorum superbia tali humiliacione esset deicienda? Quod incongrue dictum esse quilibet arbitretur, si non ita contingere in actibus Apostolorum manifeste legerit. Non ergo abhorret quod ait Iohannes, Propterea non poterant credere, quia exceccauit oculos eorum ut non videant, ab ea sententia, qua intelligimus ideo exceccatos ut converterentur, hoc est, ideo eis per obscuritates parabolatum occultatas sententias Domini, ut post eius resurrectionem salubriori pœnitentia resipiscerent; quia per obscuritatem sermonis exceccati, dicta Domini non intellexerunt, & ea non intelligendo, non in eum crediderunt, non in eum credendo crucifixerunt, argue ita post resurrectionem miraculis que in eis nomine fiebant exterriti, maioris criminis reatu compuncti sunt, & prostrati ad presentiam; deinde accepta indulgentia ad pœnitentiam flagrantissima dilectione conuerteruntur: quibusdam autem non profuit illa concitas ad conuersioam. Qui & de bono perseverantia 41. dicit, In perditionis massa relieti sunt Tyrus & Sidonij, qui credere potuerunt, si mira Christi signa vidissent; sed quoniam ut crederent non eis erat datum, enā vnde crederent est negatum: Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiae quo mouentur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audient verba, vel signa conficiant, & tamen si Dei altiore indicio a perditionis massa non sunt gratia prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina vel facta, per quæ possint credere si audirent utique talia, vel viderent. In eadem perditionis massa relieti sunt etiam Iudei, qui non potuerunt credere factis in conspectu suorum magnis clarisque virtutibus: Cur enim non poterant credere? Non tacuit Etiangelium dicens; Cū autem tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, vt sermo Esaie Propheta impleretur, quem dixit; Domine, quis credit auditui nostro? Et brachium Domini cui regulatum est? Et ideo non poterant credere, quia iterum dixit Esaies; Excoecatus oculos eorum, & induratus cor illorum, ut non videant oculis, nec intelligent corde, & convertantur & sanent illos. Non erant sic ergo excœcari oculi, nec induratum cor Tyrianorum & Sidoniorum, quoniam credidissent, si qualia viderent isti signa vidissent: sed nec illis profuit quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cuius in certitudo sunt iudicia, & inestigabiles viae: nec istic obfuscat, quod non poterant credere, si ita prædestinata essent ut eos cecos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum veller auctoritate. Scio quod multi præmissa verba Domini, Molis & Esaie, atque similia multum aliter intelligent & exponunt, nec obstat. Sacra namque Scriptura ex iua secunditate multiplici multiplicem partitur intellectum: nullus tamen Catholicus, sicut puto, ita alias aut alienas expositiones admittit, quod expositionem Euangeliæ præcipui de ipso prædicatore veritatis instruxit, immo ipsius sanctissimi Euangeli, & doctissimi Augustini repudiet. Propterea Dominus ipse dixit, Ego indurabo cor Pharaonis, & non dimittere populum; Exod. 4. Et infra 9. Induravitque Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut locutus est Dominus. Quid autem significat quod dicitur, Dominum cor hominis indurare, nisi autoritatem, superioritatem, & causitatem indurationis cordis humani esse apud eum, non apud hominem, licet hanc propter peccatum hominis antecedens? Et quid est Dominum cor hominis indurare, nisi non emollire cum possit, non dare oleum pieratis, non misereri misero peccatori, seu nolle aut non velle haec facere, sicut expositiones Doctorum quamplurimæ contestantur? Vnde Gregorius 11. Moral. 5. super illud Job. 6. Si inclinatur hominem, nullus est qui aperiatur. Obdurare Deus per iustitiam dicitur, quando cor reprobum per graviam non mollitur. Cui & concorditer Augustinus de prædestinatione & gratia Dei, qui est quintus inter eis sermones 7. Quid est, inquit, indurabo, nisi non emolliam? Dicitur Petrus 1. sentent. dist. 41. 1. quod reprobatio Dei est nolle misereri, & obdurate Dei non misereri, ut non ab illo interrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed rantium quo sit melior non erogetur: Quia igitur Deus non emolliit cor hominis, ipsum non emollitur, & non est contra. Quare & Apostolus ad Roman. 9. tractans hunc locum Scripturæ, & ostendens prædestinationem seu electionem & reprobationem non esse ex operibus hominum, sed ex voluntate diuina, disputatione præmissa concludit; ergo cuius vult misereatur, & quem vult induratur, & consequenter valida disputatione compescit homines, ne de huic modo quædere vel disputatione presumant. Si tamen Deus ideo quæpiam induraret quia ipse induraretur, id est, non emolliet hominem quia ipse non emollitur, esset causa querenda rationabiliter & reddenda: Cur ciuita diceret Apostolus, quero vult indurare? Alias enim po-

A tuis diceres, qui vult obdurari, vel qui non vult molliri, vel qui non molliter obduratur. Quapropter beatus Augustinus de prædestinatione & gratia Dei 17. Nonne, inquit, Nabuchodonosor post innumeras impetrates flagellatus periret, & regnum quod perdidit rarus acciperit? Pharaonitem ipsius flagellis est durior effectus, & periret. Hic inibi rationem reddat, quid innumere consilium nimium alte sapientia corde disperdat, cur medicamentum unius Medicis confitum ab alijs inferius, alijs velut ad satum, nisi quia Christi bonus odor, natus est odor vita in vitam, alijs odor mortis in mortem? Quantum ad hancram ambo homines existant, quantum ad dignitatem ambo Reges, quantum ad causam ambo capiunt populum Dei possidentes, quantum ad præcūnam ambo flagellis elecentur ad mortuus? Quid ergo fines eorum fecerit etiæ diuersos, nisi quod vnuus mānum Dei tentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, ut et liberò contra Dei misericordiam viratatem pugnauit arbitrio? Hic quæcumque responderet, illi vi mataverit affuisse diuinum, huic vi inducetur definiti p̄ficiūm, & hoc contendit iniustum; propter quod rerum ipsarum fines in Dei voluntate constitutis dixit Apostolus, Cui vult misereatur, & quem vult induratur, dicente etiam Domino, Sicut nibil potestis facere: Intelligat ita omnia vel adiuuante Domino perfici, vel deferente permitti, ut nouem tamen nolente eo nihil prorsus admittat. Et sequitur 18. Sed reditur ad parvulos, reditur ad genitos. Patrum est, quod dixi, reditur ad nec dum natos, qui & in eodem coetabitu feminati, & in eodem mōmento fuerant in lucem proferendi: si discrepans diversumque iudicium diuine voluntatis apparet, sensus hominum de voluntate Dei superbè nimium disputantes magnitudo questionis obstat. Exalte iam viribus vocem tuam, O iniuste accusator iusti, & dic mihi quid boni ille meritum, & habet potestatem signus. Iuu ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. Dicitur es, quare? Quod est iudicij huius tam confusa diuersitas? Rursus ad hanc presumpcionem ille te confutet, & dicit, O homo, tu quis es, qui respondere Deo? Maxime quia ad illam humanorum actuum comparationem rursus intentio conuertere respondebit, inutile non posse argui creditorem, qui duobus debitoribus tale voluntate habere iudicium, ut vni doriet, ab alio exigat quod ab utrisque debetur. Quod si ita est, qua raudem impudentiam homo deo, iustum de figulo iudicabili non seluta dicens, quid me fecisti istic? Sed etiam de alijs damnabilis curiositate perstutans, & dicens, quare de eadem massa fecisti aliud quidem sic, aliud verò sic? Si humanum genus, quod ceterum primis confiat ex nihilo, non cura debito mortis & peccati origine halceretur, & tamen ex eis Creator omnipotens in æternum nonnullos, damnare vellat interitum, quis omnipotens Creatori diceret, Quare fecisti sic? Qui enim cum non essent esse donauerat, quo fine essent habuit pœnitentem, nec dicerent certi, Cur pœnitibus omnium meritis diuinum discrepare arbitriem? Quia porcitatem habet filius luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Nunc autem cum damnatis poena iusta reddatur, filii autem gratia donetur iudebita, quis vñque adeo humana conditionis oblitus divini sensus arcana dispensat, ut cum ipse penam meritò fuerit confecutor, queratur cur alios gratiam, quæ tamen debebatur aperiret? Pro his tamen sciendum quod obdurate dupliciter potest sumi: uno modo pro reprobatione, scilicet pro obdurance activa, id est, pro voluntate diuina noīte seu non volente mollire, aut volente non mollire; & sic non habet causam superiorē & priorem ex parte hominum assignandam, sicut apparet ex vicesimo, & quadragesimo quinto primi, & sic puto locui Apostolum ad Romanos, ubi fuerat allegatus, sicut processus eius indicat evidenter: alio modo accipit obdurate pro reprobatione passiuē, id est, pro effectu reprobationis, effectu scilicet voluntatis dieiæ prædicti, hoc est, pro defectu collationis, sive pro ipsa non collatione gracie mollementis: & sic dicitur, licet impripiē, habere causam ex parte hominis obdurate, culpam videlicet precedentem, quæ tamen culpa non est ipsa non receptio gracie, sed alia prior ea, ut patet de Pharaone & alijs, quando actualliter obduranter: prius namque est quis peccator, quam Deus sit vñtor. Et sic loquuntur plerunque Doctores, dicentes Deum ex misericordia liberare, sed secundum iudicium obdurare; iudicium autem videatur esse secundum opera iudicati. Vnde & Petrus 1. sent. dist. 42. Sic ut, inquit, prædestinationis effectus est gratia appositio: ita reprobationis effectus obdurate. Qui & supra dist. 41. 1. dicit, aliquod esse meritum obdurationis, misericordia verò nullum: & subdit, Misericordia itaque secundum gratiam que gratis datur, obdurate autem secundum iudicium quod meritis redditur. Vnde datur intelligi, quod sicut reprobatio Dei est nolle misereri, ita obdurate Dei sit non misereri, et non ab illo interrogetur aliquid, quo sit homo de-

terior, sed tantum quo si melior, non ergo eretur. Alterius aduentendum quod quandoque legitur. **D**ominum cor hominis inducere, quod debet intelligi modo praedito, seu modis predictis: quandoque vero ipsum hominem cor suum, et cœcum suum & huiusmodi inducere, quod duplice potest intelligi: vel quia hoc fit propter culpam eius priorem, sicut præmissa testantur; vel quia sponte non inuita, nec coacte est durus: quandoque autem simpliciter legitur cor esse induratum, quod vitroque modo potest exponi. Amplius autem de Roboam legimus. Non acquisierit Rex populo, quoniam aduersatus fuerat eum Dominus; vi suscitare verbum suum quoddiquatuor fuerat in manu Abiae Silonite ad Ieroboam. **Regum.** **Reg. 12.** & de Amalias. Noluit audire Amalias; eo quod esset voluntas Domini ut traduceretur in manus hostiæ propriæ Deos Edom. Quare & Augustinus de gratia & libero arbitrio. **Augustinus.** **46.** Quis non diuina iudicia contemnit, quibus agit Deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens tamen eis secundum meritum eorum? Roboam filius Solomonis reputat consilium salubre seniorum quod ei dederant, ne cum populo durè ageret, & verbi seruorum suorum ponitus accepit, respondendo minaciter quibus leniter debuit. Vnde hoc, nisi propria voluntate? Sed hinc ab eo recesserunt decemtribus Israel, & alium Regem sibi constituerunt Ieroboam, ut irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum esse prædixerat: quid Scriptura dicit? Et nos audiuit Rex plebem, quoniam erat conuersio à Domino, ut statueret verbum suum quod loquutus est in manu Abiae Silonite de Ieroboam filio Nabori; Nempe sic factum est; & id per hominis voluntatem, ut tamen conuersio esset à Domino. Quia & infra. **47.** Quid est quod homo Dicte dixit ad Amasiam Regem. Non veniet tecum exercitus Israel; Non enim est Dominus cum Israel, omnibus filiis Ephraim; quoniam si puruens obtinere re in illis, in fugam conuertet te Deus ante inimicos? deinde Scriptura subiungit. Et non audiuit Amalias, quoniam à Deo erat ut traduceretur in malum; quoniam quaeruerunt Deos Edom. Ecce Deus idolatriæ peccatum volens vindicare, hoc operabatur in eis corde, cui utique iustè irascebatur, ut admonitionem salubrem non audiret, sed ea contemplari in bellum, ubi cum suo exercitu caderet. Item quid aliud significat, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, qui potest capere, capiat? **Matth. 19.** & illud, Oculi autem ilorum tenebantur, ne cum agnoscerent? **Luc. vlt.** & illud, Vos non creditis, quia non estis ex oibis meis? **Ioh. 10.** Imò & hanc regulam Philosophicam prælibatum, Si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis, videtur ipsa veritas canonizare, cum dicit, qui est ex Deo, verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. **Ioh. 8.** Quare & Chrysostomus, sicut allegatur in glossa Thomæ, super illud **Ioh. 10.** præmissum, sic agit, Quare non credant, ostendit subdicens. Sed vos non creditis, quia non estis ex oibis meis. Super quod verbum Augustinus 1. part. super Ioan. homilia 48. Oues, inquit, sunt credendo, pastorem sequendo, per ostium intrando. **Augustinus.** Quomodo ergo istis dixit, Non estis ex oibis meis? quia videbat eos ad sempiternum interitum prædestinatos, non ad vitam æternam sui sanguinis pretio comparatos. Qui & supra homilia 42. exponten illud **Ioan. 8.** præmissum, Quoniam, inquit, præsuerat qui fuerant credituri, ipsos dixit ex Deo, quoniam regenerationis adoptione renascerentur ex Deo: ad hos pertinet, Qui est ex Deo verba Dei audit: Quod vero sequitur, Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, cisdicatum est, qui non solum peccato vitiis erant, (Nam hoc malum commune erat omnibus) sed etiam præcogniti quod non fuerant credituri ea fide, qua sola possent à peccatorum obligatione liberari. Quapropter præsciebat illos quibus talia dicebat, in eo permanuros, quod ex diabolo erant, id est, in suis peccatis atque impietate morituros, in qua ei similes erant; nec venturos ad generationem, in qua essent filii Dei, hoc est ex Deo nati, à quo erant homines creati. Secundum hanc prædestinationem loquutus est Dominus: Istud tamen potest & alter intelligi & exponi, de quolibet existente in gratia, vel sic existente ex Deo, quamdiu existens, & de quolibet caritate gratia, & sic non existente ex Deo, quamdiu est talis iuxta præmissa 38. & sequentibus primi libri. Vnde Saluator, Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum, **Ioan. 8.** quamdiu scilicet mali estis. Quare & Chrysostomus sicut ibi recitat glossa Thomæ, sic agit; Primo igitur captanda est virtus qua verbum diuinum exaudiatur, ut deinceps validi sustentem ad percipiendam tam loquutionem Iesu; quoniam quamdiu quis curatus non est in auditu proprio à Verbo, quod dicit surdo, Apoperiatus; auditu percipere nequit. Verumtamen unum verbum Dei est, quod & omnes, & singuli prædestinati audiunt, vel audient aliquando; & nullus reprobatus vñquam audierit illum verbum. Hoc autem verbum, sicut Augustinus, homilia 45. super Ioannem per longam disputationem ostendit, est; Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Pater ergo secundum sententiam veritatis, Augustino testante, quod sicut esse ex oibis Christi, &

¶ tanta ho- cne tanti boni amore plenissime non repletae cur non omnia officia aperiuntur? cur non omni- nitas finis excedit? cur non omnem capacitatec extensis, vt tanti amoris dulcore tantilla totaliter occupetur, totaliter satiaris, & totaliter deebetris? præsertim cum tu quantum liber parvula, minoris boni amore non valeas satiari, quod videtur mirabile? Sed adhuc mirabilior Deus meus; Dic ergo quæso suppliciter, vt sic fiat amabilissime Deus meus, & procul dubio ita fieri? Quid etiam efficacius ad amorem, quam præuenire amando? Tu autem amantissime, utinam, amatissime Domine, me miserum non amavem, sed inimicantem præuenisti amando, reconciliando, præclaræ charitatis iocalia magnifice largiendo, sicut ex multis præmissorum ostendis. Quid insuper amabilius multipliciter misero, quam multiplex misericordia, aut multiplicior misericordia, sine fine, numero, pondere, vel mensura? Tu autem Domine, sicut ex primo primi ostendis, quia infinitè & summe bonus, ideo consequenter & infinitè & summe misericors, ita quod nihil misericordius posse esse, aut etiam cogitari. Tu misericordissime Domine, me ingratissimum seruum tuum, sedum debitum tibi seruitum subtrahentem, sed multipliciter rebellantem, nequaquam à protectione tua pessima seclusisti; sed à leonibus rugientibus, à dæmonibus frenuentibus, ne me devoratum ad inferna derrherent, misericorditer defendisti; sicut ex 22º. primi; & 32º. secundi & alijs piè doces; & quod non compuro pre minori à te peccatis maioribus & minoribus misericorditer praæteriasti, quot alias potui incurrisse, sicut ex quarto huius ostendis. Quinimo & quod viderit misericordia incomparabiliter amplioris, me nedum nihil boni merentem, sed sceleris sceleribus cumulando, te tante Domine tam multipliciter continuè offendente, tua gratuita gratia misericorditer præuersti, omnes infirmitates meas sanasti, & sanum iam factum, ad omnia sanæ, & sanæ que feci, de virtute in virtutem prouehens sublimasti, sanum & saluum ab omnibus inimicis, & infirmitatibus animæ, donec te superbè desererem, custodiisti, sicut ex trigesimo quinto primi cum sequentibus, & ex quinto huius cum trigesimo eius, & proximo reuelasti. Quin etiam & si post gratiæ tantæ munus, post amicitia tantæ foedus, te contumaciter deferas, quantumcumque ingratis efficiat & indignus, quantumcumque te Domine irideam & contemnam, ab inimicis defendis, à peccatis præservas, sicut superius docemus, & quando misericordia tua placet, me nedum immitterum, verum & malis meritis deditum, gratia tua gratuita præuenis & reducis, nec de ignominia retrocessis improperas, neque ad amicitia tue gradum inferiorem, sed ad æqualem vel excellenterum restitus misericordissime Deus meus; sique me diligenter custodis, foues, & nutrit, protegis, & prouehis continuè ad maiora, donec fortassis iterato superbiens, te relinquam, sicut per præhabita cum quadragesimo tertio primi doces, pessime Deus meus. Sisque toties quoties à te recessero quantumcumque in regionem longinquam, etiam ad extremum deserti, profundum maris; Imò etiā portas inferi interioris abierto, præstis D sit tua misericordia miserum deducta: Alias enim esse misericordia numerabilis & fuit, cuius contraria superius demonstrasti. Et super bona hec omnia memorata, bonum consummatum, & coronatum cunctorum, sine quo nec cetera produntur, non propriè exigentiam meritorum, sed ex gratia tua gratuita, scilicet finalè perseuerantiam mihi donas, sicut per decimam quartum huius monstras; Et sic tandem vitam sempiternam, gloriam, & te ipsum. Misericordia enim miserationibusque coronas, & gratia tua vita æterna. Tu misericordia nostrorum tibi placentium operator, remunerator, & merces; qui tamen si velles computare disti: Té nobiscum, nihil boni penitus mereremur, sicut à te didici trigesimo nono priuati: Non est ergo volentis, nec currentis, sed tui, Domine, superabundantisime misericordis. Ut autem non solum bona majora, sed & minora considerem, puta bona naturæ & fortunæ, sicut vulgariter nuncupantur, bona interiora & exteriora: interiora, mentis & corporis: mentis ingeniositatem, virtutes morales & intellectuales; corporis sanitatem, fortitudinem, pulchritudinem, virtutesque ceteras corporales: exteriora; nobilitatem, diuitias, victorias, famam, gloriam, & honorem, & quæcumque sunt alia, infallibiliter video omnia bona ista esse gratiæ dona tua; sicut per vigesimum septimum primi, & sequentia tua gratuita gratia me docebas. Sunt autem & alia bona multa & magna, quæ pauci considerant, vel adquerunt; priuationes videbunt cunctorum maiorum, quæ quis non habet: quod scilicet non es amens nec fatuus, non es leprosus nec cæcus, non es infamis in populo, nec opprobrium hominum, nec plebis abiectione detinens, non es in factis tuis clericus vel laicus deficiendo confusus, non es ignominioso devictus, nec vili seruitus addicetus, non es inedia maceratus, non es à latronibus spoliatus nec mactatus, non es à bestia devoratus, non es in mari submersus, non in patibulo es suspensus, nec aliqua turpiori & acerbiori morte consumptus: Et à quo quælo, Domine, hac bona

A bona quæ plurima, quia multitudine infinita; & maxima, quia & magnitudine infinita, vel quæ inuiti seruo tuo, nisi à te multipliciter summe, & infinitissime bone Deus, sicut ex 13. & 22. primi, ac 32. huius benignus ostendere voluisti? Vnde & quadam quaestucula anima meū pullas, Nunquid viz. magis tibi, bone Domine, tenet ad amorem pro bonis positivis creatis, quæ te donare acceperis, an pro bonis priuatius prædictis, sc. exclusiuis malorum, quæ etiam nisi te donare, non valebæ accipere, nec habere, cū illa, sicut videtur, tā multitudine quæ magnitudine sicut finita, hæc autē tā multitudine quæ magnitudine infinita, vel sicut plura atq; majora? Sed quis me redargueret, si quaestucula illa bona transuerso te, Domine, summū bonū queram, inueniam, ac teneam, nec dimittam? Scio enim, & ista vice sufficiat mihi scire, quod tam propter hæc bona tua quæ illa, amori tuo teneat multum valde, sed propter te ipsum summū bonū incomparabiliter amplius supra modum. Alia quoque quaestione me motuens, nunquid videlicet præseruatus misericorditer à peccato, magis tenetur tuo amori, quam lapsus & resuscitatus misericorditer à peccato? Sed istam quaestione ad præsens mihi similiiter relinquenti, da ut faciem tuam queram, inueniam, & videam iugiter aque fruar. His ergo & huiusmodi quaestionebus nunc reliquis, quis tam bonum Dominum, & tanta beneficia eius considerans, non torus dilectione succeditur, non torus deuotione suspenditur, non torus conveccitur in amorem? Sed video, Domine, quod facile est hæc dicere, & depingere in membrana, difficile forsitan facere & perficere in effectu. Tu ergo, optime, & ideo potenterissime Domine, cui nihil difficultate, da quælo ut facilius ista faciam corde meo, quæ profaram ore meo: Aperi, || supplico, munificentissimam manum tuam, & præsta, ut nihil mihi facilius, nihil dulcius, nihil delectabilius, quam ista effectuosis & affectuosis manifeste adimplere. Tu autem amantissime Domine, qui diligentes te diligis, & præuenis diligendo, atque incomparabiliter magis nos amas, quam reamaris a nobis, quem tanti amoris charismate, tanto amicitia facere non erigis ad sperandum tu te: ad confidendum de te? imò ad superceptum & fiducialiter præsumendum? Tu siquidem Domine tam infinite bonus & misericordans & fiducialiter præsumendum? Tu siquidem Domine tam infinite bonus & misericordans, quod oīlii mei aut misericordius posse esse, aut etiam cogitari, sicut superius misericordiæ, quod oīlii mei aut misericordius posse esse, aut etiam cogitari, sicut superius misericordiæ, & quantum es bonus & misericors, tantum pius & clemens, diues & potens, magnificus, liberalis, & virtutibus omnibus gratus; sicut ex illa prima præciosissima & verissima suppositione tua verissime manifestas. Quid ergo negare poteris amico tuo egredi, auxilium tuum suppliciter mendicanti? Permitte me, quælo, iam super speratione concepta paulisper presumere, & cum tua bonitate magnifica disputare, ut sic altius adhuc sperem, ampliusque confidam. Non est, inquam, humana amicitia, amicum egentem, mendicantem, & erubescentem repellere, & confundere faciem eius magis, præseruans si facultas afferre copiolas, quanto magis tam horribile vitium à tua amicitia longe absit? Ostendisti quoque mihi superius, me non posse quicquam boni cogitare vel petere, nisi te operante, & antecedenter operante hoc in me: qui ergo plantas initium, da medium, dona finem: qui facis me petere, fac consequi, & tenere: qui das non petentibus multa bona, quomodo petentibus nihil dabis? Qui inimicos tuos, cuiam dæmones impie petentes exaudis, quomodo amicos tuos & filios piè petentes repeli? Nec potes quæcumque in opere allegare, sicut prædicta suppositione clare docet. Obijcis forsitan mihi, quod non mereor adiuuari. O liberalissime Domine, si nullum adiuuari, nisi adiuuari meruerit, non das adiutoriorum tuum gratis, sed vendis?: quæ ergo laus tua? Vbi est liberalitas tua magna? Adhuc forsitan replicas, quod non solum non mereor, sed demereor abundantanter. O misericors Domine, abundantior est misericordia tua magna. Totum namque meum peccatum, etiam omnem hominum est finitum; posset enim augeri: tuā autem misericordia infinita, quæ augeri non potest. Nonne etiam misericordius atque liberalius est benefacere inimico egenti, & alias perituro, inimicantur, continue, quæam amico bene merenti? Quid misericordius aut liberalius, quæam nullo modo preventus iniuriam inimicantem continue ad amicitiam gratis convertere, omnem inimicantem & iniuriam gratis remittere, & gratis ei conferre beneficia copiolas? Tua autem misericordia & liberalitas est tam magna, quod maior esse non posset, nec etiam cogitari. Et quid proportionalius & congruentius tanta misericordia, liberalitasque tantæ, quæ tantæ miseria gratuitè scilicet, & tantæ egestati gratis ditare; vel siquid misericordius & liberalius inuenitur, quis alijs aut eius putabitur, quæam tu misericordissime & liberalissime Deus meus? Qui ergo das, non modo minus negabis? Si autem adhuc mihi opponas quantitatem mea miseria, facies, & ideo confidenter accedo ad tuam misericordiam sine coparatione mortaliter. Vbi namque monstratur tua misericordia, nisi in reuelata miseria? Et vbi tua magna misericordia, nisi in magna miseria reuelata? Nonne etiam, Domine, ostendisti mihi superius, vbi ad amorem tuum me paululum excitasti, quod gratia tua gratuita gratis præuenis peccatores, ingratos gradus gratias,

sticas, & gratificatos gratias confermas? Quis ergo peccator in te, Domine, non sperabit? A Scio tamen, Domine, scio, & non sine dolore scio, aut refero, quod istis nequaquam obstatibus, sunt quidam, puta Pelagi, superbi, qui malent sperare in hominibus, felices in seip- sis. Dicunt enim, Si Deus nos ex opera nostra gratis predestinat, & sicut voluerit, admini- strat, ita quod nihil sine eo operante & preparante possimus; potest & nos similiter reprobare, opera bona non dare, vel data auferre; ita mala opera precipitare, & precipitos ligare: Quis ergo potest esse securus? quis certe sperabit, & non potius desperabit? Sed si predesti- natio & reprobatio ex nostro penderet arbitrio, & nos scilicet essemus liberi, Dominum nostrum aculum sine Deo, possemus esse securi, deinceps enim nobis, tunc tue possemus considerare & spe- rare. O vani filii hominum, mendaces filii hominum, in statuis faliaciter ponderantes! Ratio sum- ta ex bonita: quare non vultis sperare in illo qui est summe bonus, summe misericors, summe propius, & in charismatis omnibus gratiarum inseparabiliter copiosus, sed in iustis ipsis multipliciter miseris & malignis, in bonisque omnibus defectivis? quare non vultis sperare in eius fe- lixi regimine, qui errare non potest, sed in vobis ipsis, qui sicut ouis quæ perire, sepius aber- racis? quare non vultis sperare in eius potenti iuuamine, cuius potentia non est finis, quem vincere nihil potest, cui resistere nihil potest, sed in vobis ipsis fragilibus, & infirmis, & quasi nihil & inane? Caucatis quæ so, maledictionem propheticam, in maledictionem domini- canam per Propheetam: Hæc enim dicit Dominus; Maledictus homo qui confidit in ho- mine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius, Jerem. 17. Aduertatis etiam, supplico, quid vñus sperans in Domino, nec fraudatus in materia ista, dicat, Ego, in- quis, nolo exaggerare verbis meis, sed in illis potius cogitandum relinquo, ut videant quia- sit quod sibi persuaserunt, predicatione predestinationis plus desperationis audientibus quam exhortationis afferri; hoc est dicere, tunc de sua salute hominem despatre, quando spem suam non in seipso, sed in Deo didicerit ponere; cum Propheta clamet, Maledictus homo qui spem habet in homine. Augustinus de bono perseverantie quinquagesimo se- cundo. Et infra 64. agens contra eos qui dicunt predicationem de predestinatione facere homines desperare; Absit, inquit, à vobis, ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipso habere iubemini, non in vobis: Maledictus enim omnis qui spem habet in homine, quia beati omnes qui confidunt in eo. Et 65. Cur meritis sanctorum predestinationem & veram Dei gratiam, id est, quæ non secundum merita nostra datur, sicut etiam sancta Scriptura, prædicare? An tunc tumendum est, ne tunc de se homo desperet, quando spes eius po- nenda demonstratur in Deo? non autem desperaret, si eam in seipso superbissimus & infidelis- simus poneret. Et 6.9. Sicut cætera prædicanda sunt, ut qui ea prædicant obedienter audiatur: Ita predestinatione prædicanda est, ut qui obedienter hoc audit, non in homine, ac per hoc nec in seipso, sed in Domino gloriatur, quia & hoc præceptum Dei est, & hoc præceptum obedi- enter audire, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur, similiter ut cætera, Dei donum est: quod D onum qui non habet non dubito dicere, alia quæcumque habet, inaniter habet. Hæc Pe- lagiani optamus ut habeatur. Ideo de predestinatione Sanctorum 13. Cum Apostolus dicat, Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio, minor homines infirmati sunt se mal- lecommittere, quam firmatae promissionis Dei. Sed incerta est mihi, inquis, de meipso vo- luntas Dei. Quid ergo tua ne tibi voluntas de seipso certa est? Non times? Qui videtur sta- re, videt ne cadat, cum igitur virtus incerta sit, cur non homo firmiori potius quam in- firmiori fidem suam, spem & charitatem committat? Qui & 2. contra Iulianum 17. agens contra Pelagienses dicentes homines prouocati ad virtutem, cum prædicatur eis ut posse vir- tute propria facere facta sua, sed cum prædicatur eis, se nihil posse facere sine misericordia Dei, auxilio eius & gratia, desperatione dei scia atque frangi, sic ait; Quantum sancti de mis-ericordia Dei, quæ magna est, tamum vos de vestra, qua nulla est, virtute præsumitis; & qua- tum ipsi aduersus ingenerata virtus bella gerunt adiuri per Dei gratiam, tantum vos bellum geritis aduersus ipsam Dei gratiam: sed tunc in corde vestro dicere audescit, quod cum vos au- diunt, accenduntur homines ad virtutem, cum autem istos audiunt, tantos ac tales viros. Ex- cyprianum, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, ceterosque Domini sacerdotes, desperatione franguntur, ac renuntiant studijs perfectionis? Hæc sine monstra cogitationum alcedunt in cor vestrum, & non elidunt stolidum vestram? Vos, etiam Pelagi, qui videmus, vobis subtiles, quomodo non videtis, ut per argumentum virtutem præmissam predestinationis, & coope- ratio Dei tollatur, etiam eis præscientiam, similiter posse tollere, aut si hæc non tollatur, nec illa? Speratis vos, ut vultis, sed vñnam [spem] in Domino; mihi autem adhuc est Deo bonum est, ponere in Domino, Deo spem meam. Benedictus enim, ut qui con- fidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, Jerem. 17. Quare & Augustinus super Psal- mum

A munus tractatu primo, Tota, inquit, spes nostra in Deo sit, nihilque de bonis tanquam de nobis virtibus praesumamus, ne nostrum facientes quod ab illo est, & quod accepimus a- mittimus, quibus & tota Scriptura facta concordat, cum omnibus tractatoribus eius facies, sicut & in omnium fecundum primi, detinore, amore atque spes licet breviter suadebat. Et quis patitur confidens in tali ratio que Domina, sine cuius voluntate semper optima, sapientia, iusta, iustissima, & misericordissima, nec unquam errante, nihil aduersi potest accidere, non vobis effectam patientiam in aduersis omnibus confortetur, sicut tricesimo secundo primi breviarii legebatur? Quis etiam diligens plenè Deum, & proximum, aduentens quod diligenter Deum omnia cooperantur in bonum, & quod Deus omnia ordinat propter electos & propter seipsum, sicut ex 39. & 32. & alijs primi patet, aduersa quæcumque non æquanimi- ter tollerent, inq; & gaudenter atque hilariiter sufficiunt, ac vehementer sicut aduentiam palliatur, sicut de Apostolis legitur, & alijs sanctis multis? Quis insuper peccator, vel alius, si quis sibi in alium se praesumat confidens in Deo iustissimo & piissimo, quod omnis aduersi- tas, immunitur ab eo, vel ad punitionem peccati, vt si sufficiat, statim post vitam praæcentem immitta- aduersa ab aeternam, vel si minus sufficiat, taliter proportionaliter minus, vel forsitan incom- parabile, & qualiter minus in Purgatorio puniatur, præterim si considerer, quod secundum præ- missam ratione nono primi, quæcumque aduersitas sic pena immissa ei à Deo sit minor quo- dammodo, & infinitè, quam peccatum eius requirat, si cum eo remota misericordia ageretur, vel ad mortem, & cumulum meriti dum sufficiat patenter? Quis enim coronabit gloriam, nisi gloria & verauerit? Et quis gloriose cerabit, vbi defuerit concertator? Affert ergo Deus ho- mini iustitiam & certitudinem, vt habeat cum quo certare legitimè, sicutque victoriosi certami- nis & laetioris coronetur, sicut ex tricesimo primo & tricesimo secundo primi apparet, præterim si fecerit in præmissa tricesimo nono prima aduersari, quod Paliaciones huius temporis & me- rita patentes & quæcumque non sunt condigna, inq; quasi nihil & inane ad futuram mer- cedem & gloriam pro istis liberaliter compensandam, vel tam id punitionem peccati, quam erit in iugementum meriti suum minuz, sicut ex tricesimo nono, & quadragessimo tertio primi patet? Quis inquam, si confidens in Deo, non patientissime, libentissime, & gauden- tiissime, & iusta omnia sustinebit? Amplius autem quis ista debet ponderans, inimicos & ini- micas exercentes non solum non odiet, sed diligit? Non solum non maledicit, sed è con- traria & detinet? Nea solus non respuit, sed amplexando suscipiet, sicut Dei ministros & siuos & prios adiutores? Præstare enim Deus per ipsos, ipsique præstant materiam, quæ de- fassentur, & virtus gloriissimi meriti & præmij consequenda. Quare & Senacherib vastrari, & crediti populi, vocatur virga, & baculus, securis, & ferris in manu Dei: & Nabu- chodover, & depopulator eiusdem terrarum, Ieremias Dei, sicut ex tricesimo secundo primi apparet? Quapropter & Abiathar volenti occidisse Shimoni maledicente Daudi, & mittere inimicis & contra eum, sanctus David respondit, Dimitte eum, ut maledicat iuxta præcep- dum Domini: Dominus enim præcepit ei ut maledicere Daudi; & quis est qui audet dicere, quare recessit? Dimitte eum, ut maledicat iuxta præceptum Domini, si forte respiciat Do- minus afflictionem, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna, 2. Reg. 16. Bea- Regum, Gregorius, tratus ejus in Gregorius hornilia 35. Super Euangelia, tractans illud Luce 21. In patientia ve- stra, spes vestra, anima vestra, refert quod quidam Stephanus Pater cuiusdam monasterij, validus & virilis, patientia virtute singularis, in qua virtus patientia ita vehementer extremerat, voce, & manu crederet, qui sibi molestia aliquid interrogasset, reddat contumelij gratias, & frangit principia sua in opere ei tamum suisset illarum, hec maximum lucrum putabat. Et quia in patientia prædictus humiliatae carceris? Quis etiam discretè considerans, quod nihil bonum & vices per se potest sine Deo illud specialiter operante, nec adhuc cum Deo antecedenter se, si patientier, velut in manu artificis instrumentum, & hoc tam in consensu libero ut sicut in artificis operetur, quamvis alijs suis moribus & quietibus vniuerter, ut 20. 30: Et 23. 25. & ostendamus, hoīum suūmātate inpatientia faciliter inclinetur, sicut vicissimo tertio & trigesimo huius patet? Quare duorum vasorum equalium aut in equalium quantum vole- mos, aut materiam sue & formæ, si in vnum liquor pretiosissimus infundatur, altero vacuo recomponitur, istud superbit, & super aliud inaniter extollat? Eadem & non irrationali ratione, ut in vno ignobilius quantumcumque liquorem tam recipiens, simil modo posset? nobile, & inermis, ut liquor huiusmodi in ipsum specialiter infundatur, posset fortius superbit, & in dñi ipsius propter sui nobilitatem ad tale officium præsumi. Sed nonne in vas vñnam vñlare liquor infundit? Coram de nobilitate tui, tu vas nobile inaniter gloriaris? Unde & vñla nobilitas? Nonne potius Platistes tuus ad vñsum vñlum sumum repletus es? Durum quoque tubarum equalium ut in qualium modo dicto, si nobilis tu- bicus

humiliter
humilis
Augustinus
super illud
Psalmi S. 4.
Offertorio
Domine
misericordia
tuam,
sc.

acquirere

Parabol. 18.

Zacharias.

bicen vna canat solenniter, altera muta manente, cur ista superbias & super aliam se extollat, penitus causis præmissis: Discum insuper caiorum, seu duarum pennatum, æquum vel in æqualium quoniam libet modis prædictis: si scriptor subtilis vno vel via scribat subtiliter, altero seu altera quietenter, quia superbient marcia, & impetrant gloriandi, omnibus ut præmittitur debite ponderatus? Veraciter sic videtur mibi adhuc misero peccatori, Si Deus dignetur infundere aliquem habitum seu actum milii ignobilis vali, ut præ quibusdam alijs mihi æquilibus aut interioribus, si qui sunt tales, vel superioribus (frequenter enim contingit quod vasis inferioribus, & simplicioribus plus infunditur de liquore) Similiter etiam sentio, si cor meum eruderet aliquod verbum bonum, imo non cor meum, sed suspiritus Patris nostri per me organum suum loquatur aliquod verbum bonum; aut si summus scriba dextre luce per me calamum suum aliquod verum scribat. Quis etiam non humiliter & abiectissime sentiat de se ipso, si prudenter aduertat, quam pauper & miserabilis fuerit ex seipso, & quod præcipua bona, qua habet, non ex præcedentibus suis meritis, habet; sed ex gratuito dono Dei, quod etiam nec bona sua iam habita, imo nec minimū bonum suum sufficit conseruare, sed Deus continuè ea seruat: quod etiam nullum malum anima vel corporis intrinsecum vel extrinsecum potest per se vitare, sed per Dei auxilium speciale: Quam ergo miserabilis, fatidus & abieetus fuisset omnibus miserijs & setoribus mentis & corporis, interius & exteriorius totus plenus, nisi Deus eum misericorditer præseruasset, sicut præmissa testantur, quæ alicuius ad amorem! Quare & quidam multum ^{humilis} humiliter multum scribi: Felix est cui ostendit Deus misericordiam suam; ipse est qui superbire non potest, cui Deus ostendit misericordiam suam; Ostendendo enim illi misericordiam suam, persuadet illi, quia quicquid boni habet ipse homo, non habet nisi ab illo, qui omne bonum nostrum est; & cum videbit quicquid boni habet non se habere à se, sed à Deo suo; vider quia totum, quod in illo laudatur, de misericordia Dei est, non de meritis ipsius, & videtur ista non superbire, non superbiendo non extollitur, non se extollendo non cadit, non cadendo stat, stando inhaeret. Inherendo manet, manendo perficitur, & latatur in Domino Deo suo: erunt illi deliciae pte, qui fecit eum, & delicias ipsas nemo corruptit, nemo interpolat, nemo auferit. Quis etiam ista humilitate infima radicatus, verè perpendens se nihil boni à se habere, aut per se posse perquirere, vel acquisitum seruare, nec vilium malum vitare, nequaquam deuota & continua orationis instantia ad illum se tempesta conuertit, qui supra mensuram est diues & potens, & liberalis & clemens, sicut testantur præmissa ad amorem & confidentiam induitua, instantiis deprecando ut noxia cuncta submoveat, & omnia profutura concedat. Quis non vijs & modis omnibus cuius promerebatur voluntatem? Sed licet Pater infinitè magnificus, & super effluentissimè liberalis, nolit vendere, sed dare liberalissimè suis filiis data bona; non vult tamen eos torpere ignauis, accidens marceret, verum per preces & alia merita probitatis pertingere strenue ad coronam, sicut pater ex vigesimo tertio, & trigesimo nono primi. Dominum autem dare coronam milibus suis dignificatis per præces, & alia merita probitatis est multum liberalius, quam ipsos indigoos sine meritis coronare; Nonne liberalius est dare multiplicia dona quam similes, quibusdam autem filiis suis dat quasi vnicum, simplex munus, parvulus scilicet baptizatus gloriam semperitam: Quibusdam vero, quos voluit spectabiliori dare honoris & gloriæ foris coronas, alia munera prævia liberaliter destinavit; accinxit eos liberaliter cingulo militari, dedit eis liberaliter certamina fortia, gloriæ victorias, & quam multiplicia opera probitatis, quibus nec minus liberaliter adhuc dedit ut ipsummet insuper in bello, patronum haberent, à quo omnia alia habuerunt, eiusque nomen, quod est omnipotens, continue acclamarent, saltem in corde & opportunis temporibus ore fiducialiter resonarent: Tunc enim fortissima nomen Domini, ad ipsam curritius deuotius invocando, & exaltabitur triumpho: Et quis ignorat omnes præces & merita vniuersa esse specialia dona Dei, sicut quamplura loca primi & secundi lucide manifestant? Quare & Dominus ipse dicit, Et fundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritu gratiae, & præcū Zech. 12: hæc autem omnia Deus dat suis, non propter sui uititatem aliquam, sed ipsorum. Nonne ergo maior liberalitas hic quam ibi, præserit cum Dominus non det coronam vita suis milibus propter merita eorum priora, tanquam propter aliquam utilitatem. Cui allatum, an propter aliquam causam antecedenter mouentem voluntatem ipsius, sed merita propter coronam, & tam merita quam coronam secundum suam liberalissimam & gratuarum voluntatem, sicut pater ex 35. & 39. primi? Et quis tot & tanta, ac tam grata beneficia possitua & priuata grata considerans, non facile provocatur, imo non quadam grata & spontanea violentia, gratia trahitur & vegetur ad gratias omnimodas respondendas, & gratiarum gratissimas

A gratissimas actiones ad semper Deo gratias decantandum? Quicquid enim boni habemus aut possumus, quicquid malum non habemus, nec facimus, totū est gratuitum donum tuum, gratissima gratia, & Autor gratia Deus meus. Quinimo & quia tibi magno hæc parva videntur, insuper & te ipsum das nobis: Deditis enim te nobis nondum existentibus prouisorē, prædestinatore, electore, & tandem factorem: Das quoque te nobis iam per te existentibus continuissimum seruatore, magnificentissimum promotorem, promptissimum adiutorem, & piissimum omnibus proteetorem. Quid ergo retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi gratis? quæ gratias referam tot & tantarum gratiarum gratuito largitor? Retributio nigræ gratia aliquid proportionale requirit, sicut tam per rationem naturalem, quam per morales Philosophos tu Domine gratis doces; quid ergo bonis tuis de bonis meis tibi retribuam, cum nihil boni habeam, habere ualeam, nisi de gratuito dono tuo? nec etiam sic das mihi?

B Ia dona tua, vt ita sint mea, quod desinat esse tua; Ego namque totus magis sum tuus, quam meus; imo sum tuus, non meus; & omnia mea magis sunt tua quam mea, imo sunt tua non mea. Quid ergo tibi retribuam, Deus meus? imo Domine, pro bonis tuis, tibi retribuam bona tua, & idem bonum quodammodo pro seipso. Quare & quidem filius tuus gratus gratia tua munieribus sublimatus gratias referens grare dicit, Benedictus es Dominus Deus Israel Patriis nostri ab aeterno in aeternum; Tu es Domine magnificens & potestas, & gloria, atq; Victoria, & tibi laus: Cuncta enim quæ in celo sunt, & in terra, tua sunt. Tuum Domine regnum, & tu es super omnes Principes: Tu dixisti, & tua est gloria; tu dominaris omnium; in manu tua virtus & potentia; in manu tua magnitudo & imperium omnium. Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum in celum. Quis ego, & quis populus meus, ut possimus tibi hæc vniuersa promittere? tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, deditus tibi. Tu enim, Domine Deus meus, qui bonorum nostrorum non eges, nequam sic retribut. C bitionem requiris ut diutor inde fias, sed ut per eandem retributionem nos efficias diiores, & te & tua amplius nobis dones. Sed adhuc, Domine, proportionalitatem præmissam beneficij & retributionis considerans, ^{multipli}ter distrahor & conturbor: Si enim retribuere tibi ad multum æqualitatem, vel ultra, sicut forsitan deberem si possem, voluero, quid æquale vel maius tibi retribuam pro meipso, pro omnibus bonis meis positius & similiter priuatis; quid insuper pro teipso gratuito mihi dabo? Si vero retribuere tibi nolueris, vel non secundum proportionalitatem debitam, quomodo ingratus tibi non ero? quomodo ab ingratitude excusabor? Imo fortassis remittes mihi obligationem, qua me tibi retribuere astrinxii. Cur enim, summe liberalis, in tantum quod liberalior esse non posse, etiam obligationem huiusmodi non remittes, nec donares; cum multo maiora, quia peccata contra te gravissima remittis & donas; cum etiam obligationem fortissimam ex precepto tue proprio & expresso, ex proprio iuramento & voto solenni, siue virginitate mentis vel corporis, siue continentie a peccato mortali contraria lapso refugenti remittis? et quomodo es omnipotens, si hoc non potes? & quomodo es tu deterioris, illiberioris, & illiberioris conditionis misero homine, qui sic potest remittere, scilicet obligationem etiam fortissimam, ut videatur, qua quisquis ei fuerit obligatus? Quare & vnuus de amatoribus sapientia tua, si sapiens, nescio, tu ictis; loquens de obligatione filii ad patrem & retributione, sic ait: debentem, scilicet filium reddendum pati: Nihil autem faciens dignum eorum quæ subfuerunt operatus est; quare semper debet; quibus autem debetur, potestas dimittere, & Patri vtique. Sed aliter, Domine, me ingratuum, & insipientem trigesimo nono primi gratius docuisti. Si namque me non retribuentem ab obligatione qua ubi astingor, absoluere, liberiorem me faceres, libertatem maiorem conferres, & novum beneficium mihi dares: quomodo ergo nisi ingratus efficiar pro beneficio tanto nouo vna cum præoriibus non subtractis, non tibi arctius sum astrictus, & amoris obligatus? Nonne si quisquam accommodet mihi pecuniam sub obligatoria cautione, & mihi non soluenter dimittat gratias pecuniam, & obligationem gratis retratad, multiplicioris obligationis vinculum me sibi

D traxit? & quanto resurgentem tenitis? et quomodo es omnipotens, si hoc non potes? & quomodo es tu deterioris, illiberioris, & illiberioris conditionis misero homine, qui sic potest remittere, scilicet obligationem etiam fortissimam, ut videatur, qua quisquis ei fuerit obligatus? Quare & vnuus de amatoribus sapientia tua, si sapiens, nescio, tu ictis; loquens de obligatione filii ad patrem & retributione, sic ait: debentem, scilicet filium reddendum pati: Nihil autem faciens dignum eorum quæ subfuerunt operatus est; quare semper debet; quibus autem debetur, potestas dimittere, & Patri vtique. Sed aliter, Domine, me ingratuum, & insipientem trigesimo nono primi gratius docuisti. Si namque me non retribuentem ab obligatione qua ubi astingor, absoluere, liberiorem me faceres, libertatem maiorem conferres, & novum beneficium mihi dares: quomodo ergo nisi ingratus efficiar pro beneficio tanto nouo vna cum præoriibus non subtractis, non tibi arctius sum astrictus, & amoris obligatus? Nonne si quisquam accommodet mihi pecuniam sub obligatoria cautione, & mihi non soluenter dimittat gratias pecuniam, & obligationem gratis retratad, multiplicioris obligationis vinculum me sibi alligat & attinge, non obligatione, qua in foro contentioso violentam pariat actionem, sed qua in foro gratitudinis amoroso animum gratum requirit, & retributionem concordem, præsumit si opportunitas hoc permitat, necessitatibus requirat: cuius quæcumq; animus nisi ingratis forsitan, intrinsecus non sic sentit? Quare & quidam alius amator moralis sapientiae, beneficis 32 studiofus liberator & grantissimus & grantissimus retributor saltem doctrina & verbo; vtinam Domine sic tam te operatione & facto! sic ait, Diligentius querendus bene- ficij quam pecunie creditor. Hinc enim reddendum est quantum accepi, & si reddidi solu- tus sum ac liber: at illi, & plus soluendum est, & nihilominus etiam gratia relata debemus: debeo enim cum reddidi, ratius inciperi. Verum Domine, vt cum priore sapiente sicut tam sapientie amatore, de promissioneta, pro te & legi gratitudinis, quam sanxisti, paculum dif-

Senecca 3. de patre depreca pess. & quis, nisi ingratuus, ita secundum quendam gratum, ingratissimus omnium, obligus scilicet beneficij praacepti, ambigit benefactorem extraneum praepossum ratiōne beneficii, beneficiario potenti unico subvenire, eius auxilium supplicio etiam amplius obligat receptorem & beneficiario recipiente a quale vel maius etiam ceteris milles, vel amplius quamcumque. Ponitur enim secundum appositiōnēm ingratissimū beneficiū recipiēt plenariē beneficiari, & se penitus exsileat omni obligatiōne contrariā beneficii, p̄rācepti, & unicus beneficior & extraneus indigēns, existente in ceteris partibus, occurrant beneficiario potenti unico subvenire, eius auxilium supplicio etiam amplius obligat receptorem & beneficiario recipiente a quale vel maius etiam ceteris milles, vel amplius quamcumque.

Ponitur enim secundum appositiōnēm ingratissimū beneficiū recipiēt plenariē beneficiari, & se penitus exsileat omni obligatiōne contrariā beneficii, p̄rācepti, & unicus beneficior & extraneus indigēns, existente in ceteris partibus, occurrant beneficiario potenti unico subvenire, eius auxilium supplicio etiam amplius obligat receptorem & beneficiario recipiente a quale vel maius etiam ceteris milles, vel amplius quamcumque.

Corollarium multiplex est, & omnibus gratis gratum.

*E*st autem gratissimum gratitudinis regulis gratis omnibus posse gratulatum de- cūriatur, obligationē videlicet gratitudinis naturalem, qua: beneficiatus benefactori ratione cuiuscumque beneficij, praacepti etiam minimi non posse plenē dissolvi, & nec beneficiatum posse benefactori retribuere ad condignum sufficienter seu plenē: ita videlicet quod in tribuilibus totaliter extinguitur, imo forsitan quanto: beneficiatus abundantius be- nefactori retribuit, tanto etiam amplius obligatur, & amplius ei debet: multo magis nec obliga- gationem gratitudinis naturalem, qua: patri filius obligatur, posse plenē dissolvi, nec filium posse patri retribuere ad condignum, sed fortassis quo amplius ei retribuit, tanto etiam amplius obligatur, & ergo supra modum magis & magis nec obligatiōnēm creature: rationalis bene- ficiate: Deo, qua: et legi gratitudinis obligatur posse dissolvi, etiam per: Deo omnipoten- tiam, & nec aliquem posse Deo pro aliquo beneficio etiam minimo retribuere ad condignum, ita videlicet quod tota obligatio, totaliter annuletur, imo: quo illi videtur mirabilissimum, & tam et verisimiliter atque gratissimum, quanto: quis: amplius retribuerit. Do- mino, & etiam amplius soluerit gratitudinis debitum, tanto amplius ei debet & amplius obliga- tur. O admirabile gratitudinis vinculum, & grata obligatiōnis ligamen, quod nec creatura nec creator solvere possunt: ita quanto dator beneficij vel receptor illud multiplicius fatebitur solvere, omnē debitum & obligatiōnēm omnīmodam dimittendo, retributio- nes retribuētibus cumulando, tanto multiplicius illud stringit, firmius efficit, & insolubilius illud reddit. O ergo: ingratitudinis vitum quam plurimum detestandum, quod tam insolubile gratitudinis vinculum solvere, imo rumpere nescit, ut penitus dissipare, quod nec aliqua creatura nec etiam Deus potest. Quis: cum tanto: ratio valeat dispensare? Certe nec homo, nec Angelus, nec Deus, cum alijs autem prouident. Nullus ergo beneficiatus ab ho- mī vel a Deo, retribuētis intendat: vt: se ab: omni obligacione & vice: retributio- ne liberare festinet. Hoc enim animi est: stringat: verum retributio- nes retribuētibus munera- tibus, & gratias gratias semper accumulet, ut sic semper: gratissimi gratitudinis vi- culis multiplicius alligetur, & gratior ac gratior semper sit, sicut: tandem totus in gra- diam gratissimè transformetur. Prima pars huius peritissimatis evidenter consequitur ex pre- missis; secunda sequitur ex hac prima & similiter ex premisis. Sed: qua: tanto aut: qua- cūsa, quare ex tam pusilla radice, ex tam exili: beneficio & finito, procedit & oritur, tam fortis obligatio, tam magna & quodammodo infinita, quia nec à potentia finita nec fortis in- finita, nec patet, quae retributio- nes finitas, aliquasve fides potest exinguere. Ratio, quia in omnibus benefactori & beneficiario, beneficiatum afficit pro domino & tenet: bene-

A factori est rationabile & iustum mixtum ex rationabili & iusto antecedente quodammodo voluntatem diuīgam, & sequente, sicut potest haberi ex 21. primi. Sicut enim est rationabile & iustum sic mixtum hominem affici & inclinari ad bonum; ita & ad boni datorem: ipse enim est ei bonus. Et sicut hoc est rationabile & iustum, ita & necessarium, sicut patet ex eo: dem 21. primi. Sicut ergo existentibus creatura & creatore, rationabile est & iustum: atque necessarium, creaturam teneri & subiici creatori: sic & creaturam rationalem esse bonam, ac naturaliter affici & inclinari ad bonum & ad boni datorem, eique similiter obligari. Non ergo ex beneficio patuo vel magno tantum oritur tanta obligatio, nec ex aliqua natura crea- tura, nec ex aliquo statuto humano vel diuino, sed ex dicta essentia immutabilis veritate, sicut potest aliqualiter apparere ex 21. primi. Tertia pars appetit, quoniam quilibet, ut videtur, rationabiliter amplius diligat, & amplius tenetur diligere illum per quem habet bonum, quam alium: quare & illum per quem, & in quem exercet operationem laudabilem, & me- B ritoriam actionem; quam obrem & beneficiatus retribuens, benefactorem, circa quem lau- dabiliter & meritorie operatur, & quanto magis hoc fecerit, tanto magis. Hanc autem ra- tionem secutus Philosophus, 9. Ethic. 7. astruit: benefactores magis amare beneficiatos, quam è contra, quod & quibusdam alijs rationibus manifestat. Sed quis dubitat retributio- nēi gratiæ factam, beneficiato gratiam esse? Benefactor quoque retributio- nēi recepta magis diligit beneficiatum retribuentem quam prius, & est parior facere ei bonum: quare & be- neficiatus potest tunc in benefactore confidere plusquam prius, & quanto magis retribuerit, tanto magis. Nonne ergo beneficiatus retribuens magis tenetur benefactori recipienti quam prius, & quanto magis retribuerit, tanto magis? Tres autem partes sequentes de pa- tre & filio sequuntur secundum ordinem exhibitis, quæ & possunt probari ut ista, & per locum similiter à minori. Alter vero tres partes sequentes simili ordine consequuntur ex tri- bus primis partibus, & ex istis, similiterque probantur. Ultimam autem harum, quæ mirabilis videtur, intellectis præhabitis, verissimam esse constat, quæ & alter melius demon- stratur: nam secundum præmissa, quicquid retribuimus Deo, accipimus prius ab eo; quare & pro retributio- nē quacunque amplius ei tenemur. Cum enim augentur dona, augentur & rationes donorum, reliqua partes patent. O liberalissime Domine, qui graris dedisti mihi, & omnia alia bona mea! Insuper ad te ipsum quanta obligatiōne ad retribuendum me ligas: quam in solubili vinculo me astringis; quæ & quod, superius sicut docuisti, nec à me, nec à te, omnipotens Domine, solvi potest? Ecce quid dignum ubi retribuam? quid propori- onale repetam? quid & quale vel maius inueniam? An forte condigne quoquemodo tibi re- tribuam, fatendo humiliiter & veraciter profundo, me nunquam posse tibi retribuere ad condignum? aut forte sufficienter tibi retribuam, si omnibus virtibus mentis & corporis semper tibi retribuam quantum possum? Non enim permittit tua iustitia, nec pietas tua finit me supra potentiam ad impossibile obligari. Nonne verum est quod quidam in materia ita

C dicit, Possibile amicitia requirit, non quod secundum dignitatem? Neque enim in omnibus est, quemadmodum & his, quæ ad Deos, honoribus, & parentes. Nullus enim secundum dignitatem aliquando viri retribuet: impotentiam autem famulans esse viderit. Nonne iustitiae quod quidam alius nos horratur, Glorificantes Dominum quantumcunque Ecclesiasticis potuerit, super valerbit adhuc admirabilis magnificientia eius: benedictus Dominus exal- tate illum quantum potestis; maior est enim omni laude. Aut forsitan possum tibi retribuere quoquemodo & quale aliquid mihi ipsi, bonis mihi collatis, vel aliquid maius istis, aliquidve ex quale tibi ipsi mihi collato: quia maius non possum, si me totum & omnia quæ habeo, & quæ possum, & plura ac maiora si possem, & etiam temeripsum quodammodo tibi retribuam; me totum videlicet tota virtute mentis & corporis, & quicquid quomodolibet habeo, aut valeo quoquinodo, ad tuam laudem, gloriam, & honorem; imo ad te, Domine, & propter te tantummodo referendo, malens hæc omnia & plura ac maiora supra omnem numerum E & mensuram, etiam memetipsum irreparabiliter perdere, quam semel vel levissime tuam offendere maiestatem, temeripsum quoque propter temeripsum tantummodo super omnia alia totis præcordiis diligendo. Sic enim doceas me debere te diligere, bone Deus: alias eren- data mihi optione, aut quod bona alia quantumcunque, etiam memetipsum, omnibus re- dactis in nihilum sine recuperatione amittam, tamen sine meo peccato; aut quod te semel levissimeque offendam & peccem, deberem secundum rectissimam rationem, etiam te Do- mine iudicante, peccare; & quare si sic facerem, non peccarem. Omnes namque peccatum

et quidam obliquitas à rectitudine rationis. O potens & bone Domine Deus, quælo ut sicut vocaliter proloquor, sic efficaciter faciam, & faciens finaliter perseuerem; quod munus tuum à te mihi collatum, & per te ac per me ad te relatum, dignare quælo suppliciter pro retri- butio-

Rer. 11.

Anselmi 2.
Car. Dens
com. 5.

II suscipit

II magna

Augustinus
ad Aureli-
am, epist. 10.

butione qualicunque misericorditer acceptare. Non enim habeo, habere potero quicquid maius, nisi forsitan illud esset efficaciter velie, scire, & facere, & quod in me circa me, & de me in quibusque prospectis vel aduersis, latet vel iustibus, & quibuslibet alijs semper solummodo fieret, quod tibi gratissimum fuerit, & tu te placuisse voluntati. Quod etiam manus tribue, precor humiliter, mihi misero mendicanti, quod & per te, ac per me tibi retribuas tribuent, & pro qualicunque retributione acceptes. Et si adhuc forrassis fuerit quicquid maius, quod tamen aspiciens quaquam eum non video, illud etiam humiliiter supplico & deuotè requiro, ut mihi obnoxie mendicanti ostendas & tribuas, ut per te retribuam illud tibi; vt sic pro tuis beneficijs maximis gratissimè mihi collatis, maximam & gratissimam retributionem mihi possibilem gratissimè tibi retribuam, gratissimas gratiarum actiones rependam, & gratissimas gratias referam incessanter. Sed adhuc mens tremula, & velut apes argumenta titubat, & inquirit, Quomodo possum illi reddere gratiam, cui pro gratiosis operibus, pro beneficijs suis gratiis, quicquid possum est debitum, etiam ego ipse? Nonne si gratia, non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Nunquid debitor reddendo debitum facit gratiam creditoris? Nonne gratia & debitum videntur mutuo repugnare? Vnde videtur confici res miranda, nullum videlicet posse quomodo libet obligari ad gratiam faciendam nec ad gratiam rependendam. An forte ab isto ingrato nimis inuolucro me euolum, faciendo gratis & liberè, ad quod ex debito & necessitate astringor, sicut opera Professorum tuorum, Domine, aut aliter obligatorum sponte ad aliqua facienda, non minùs sunt coram oculis tuis grata, dum tamen non inuitè fiant, sed gratis ac spontanea voluntate? C. Nonne verum est, quod unus de gratiis filii tuis, & Patribus nostris dicit, Est necessitas qua benefaciens gratiam auferit aut minuit, & est necessitas, qua maior beneficio gratia debetur? Cum enim aliquis ea necessitate, cui subiacet, inuitus benefacit, aut nulla, aut minor ei gratia debetur: cum verò ipse sponte se necessitatem benefaciendi subdit, nec inuitus eam sustinet, tunc utique maiorem beneficij gratiam meretur. Non enim hæc est dicenda necessitas, sed gratia, quia nullo cogentem illam suscepit aut seruat, sed gratis. Tale est cùm quis sancte conversationis sponte voveret propositum: quamvis enim seruare illud ex necessitate post votum debeat, ne Apostolus damnationem incurrat, & licet cogi possit seruare, si nolit. Si tamen non inuitus seruat quod voveret, non minus sed magis gratius est Deo, quam si non voveret, nec sancte vivere dicendum est necessitate, sed ea qua voverit, libertate. An forte distinctio quodam de gratia, quam me superius docui, ab ista ingrata arguitur me defendet? Dicitur enim gratia quod gratis rependitur pro gratia gratis data. Quid ergo magis debitur? & quid magis gratum tibi, Domine Deus noster? & quid nobis magis congruum, quam ut in omnibus, & bique & semper toto corde, ore, & opere gratias gratis agamus Domino Deo nostro? Nonne vnum de his gratis discipulis, & nostris Doctribus dicere, & scribere docui, Quid melius & animo geramus, & ore premamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosis potest. Quem & iterum sapere ac sapide dicere docui, quod sapientia est Dei cultus, qui in hoc maximè constitutus est, ut anima ei non sit ingrata: Vnde & in ipso versissimo & singulari sacrificio Domino Deo nostro agere gratias adiunctorum. Erit autem ingrata, si quod illi ex Deo est, sibi tribuit, sicut faciunt Pelagiani pestiferi & ingrati. Non sic autem, non sit nos filii Dei grati, sed agnoscentes humiliter, & non minus veraciter omnia & singula bona nostra positiva, & similiter priuativa, habitus, actus, & opera, carentiasque malorum habituum, aetuum, & operum non esse nobis ex nobis, sed a Patre nostro coelesti, a Patre luminum desuertum descendere, & esse dona gratuita Domini Dei nostri, semper & bique, in omnibus & singulis, pro omnibus & singulis, toto corde, ore & opere gratias gratis agamus Domino Deo nostro. Sic enim te Autore nos instruit mater nostra virgo prudentissima, & pulcherrima sponsa tua, non habens maculam neq; rugam, Ecclesia sancta tua. Iterum ergo & iterum, inquit, continet semper & bique incessabili voce cordis, & oris, & operis gratias agamus Domino Deo nostro.

A



T H O M A E B R A D W A R D I N I L I B E R III.

C A P. I.

*Quod Deus potest necessitare quodammodo omnem voluntatem cre-
atam ac liberum actum suum, & ad liberam cessationem & vaca-
tionem ab actu.*

C



D

Elagiani autem, pestiferi & multiplici gratia Dei ingratiti, tantum auctoritate à Deo debitas gratias, & gratiarum debitas actiones. Negant enim prædestinationem, prouidentiamque diuinam in bono & in malo, Coefficientiam quoque Dei & specialiter eius præficienciam cum libero arbitrio in libero actu suo, & in meritis uniusquis huic motu potissimum innitentes; quia tunc ibi esset necessitas, non libertas neque meritum. Alij vero heretici conantur auctoritate à Deo similiter actiones debitas gratiarum, dicentes ipsum agere quicquid agit ex necessitate, & nihil gratis, nec libera voluntate. Quare & quidam heretici moluntur destruere vniuersaliter librum arbitrium tam in Deo quam in creatura, & omnem gratiam, ac gratianam & liberam actionem, dicentes quod omnia que eueniunt, de necessitate eueniunt. De his ergo & istis similibus ammodò inquietundinibus. Pro quibus diligenter inuestigandum videtur, Nunquid necessitas & libertas, meritumque repugnant. In primis igitur ostendendum, Deum posse necessitare quodammodo omnem voluntatem creatam ac liberum, immo ad liberum actum suum, similemque cessationem & vacationem ab actu. Deus enim potest yelle voluntatem creatam producere liberum actum suum, & hoc antecedenter, & prius naturaliter voluntate creata: quare & per 10. primi, illa de necessitate obedire, & hoc, quamdiu Deus sic voluerit ipsam velle. De cessatione quoque & de vacatione eadem ratio est omnino. Vnde Anselmus de Concordia 2. Sicut, insur, necesse est esse quicquid Deus vult, ita esse necesse est quod vult homo in his quæ Deus ita subdit humanæ voluntati, vt si vult fiant, si non vult, non fiant.

E

Anselmus
Quoniam enim quod Deus vult, non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi vel prohiberi necessitate ad volendum vel non volendum; & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam; & esse quod vult. Item aliter posset homo facere Deum falsum, & peritum. Ponatur enim quod Deus prædicat, & per semetipsum iurando affirmet, quod iste liberè faciat hoc vel illud, & ad hoc faciat quantum potest; tunc si iste non necessitetur per Deum ad hoc vel illud libere faciendum, potest dimittere libere hoc & illud. Item aliter posset homo frustrare prouidentiam & prædefinitionem ac voluntatem diuinam, immo & facere miserum fœlicissimum Deum nostrum. Nulli enim dubium, quin Deus possit facere, prouidere, prædestinare, ac præuelle liberos actus humanos, & quæ ex eis dependet; immo ab æternis sic fecit, sicut 27. primi, & sequentia cum 45. probat: quod & plane testatur Apostolus ad Eph. 2. Ipsi, inquiens, sumus factura, erati in Christo Iesu in operibus bonis,

Philosophus.

Averroes.

Philosophus.

Plinius.
Solinus.
II necessari-
umII simili-
ter
impecca-
biliter
Ephes. 4.
Glossa.
Parabol.
Augustinus

nis, qui præparauit Deus, ut in illis ambuitemus. Et Glossa adiuvæ expressius dicit idem, si-
cūz 31^o primi plenius allegavit. Item omnis potentia in proportione debita fortior, potest
necessitatē debilitatem naturaliter sibi subiectam in sua qualibet actione, & isto modo te ha-
bent ad inicem voluntas diuina, Angelica, & humana; sicut prima suppositio & decimum

primi, cum 20. & 30. secundi testantur. Vnde Philosophus 5. Metaphys. 16. distinguens
priora sic ait; Alio secundum potestatem scilicet dicuntur priora; Excedens enim potestare
prius, & quod potentius: tale vero est cuius prænolantatem le qui necesse est alterum est po-
tius; ut non mouenter illo, non mouatur, & mouente isto mouetur; & est prævoluntas
principium. Vbi translatio, quæ exponit Averroes, sic habet, Etiam illud quod est fortius
dicitur ante, & tale est illud quod cogit alterum sequi suam voluntatem; ita quod si illud quod
est ante non mouetur, non mouebitur aliud quod est post; & si mouetur, mouebitur; & vo-
luntas est principium hic. Super quod Averroes sic dicit; Vniuersaliter dicitur, ante, illud,

quod est fortius & digozi, & est illud quod cogit illud quod est post, ut voluntas eius confe-
quat voluntatem suam, quenam voluntas debilioris sequitur voluntatem fortioris. Item
ad huc physice arguendo ponatur quod est tantum vir unus & mulier vox; tunc ex quo
species humana non potest deficere, nec sine generatione salvari, necesse est eos voluntariè
generate. Nec potest quis fingere, quod licet necessario voluntariè generabunt, non tam
hac vice, nec illa; ideoque quilibet eorum concubitus erit liber, nec vlli necessitate subiectus,
quia ponatur quod vir seu mulier tantum processit in diebus suis generationi aptis (qui se-
cundum Philosophum 9. de Animalibus, in mulieribus sunt 50. aut in viris autem 70. aut
secundum Plinii & Solinum 80. in viris) quod non remaneat sibi tempus, nisi pro vincio
aliu alio; quare tunc statim ^{II necessarij} illum actum unicum voluntarie exercerent: Nam si-
ne voluntate generatio nunquam fiet. Illud autem, quod eos sic arabit, ponitur à Philoso-
phis esse natura vniuersalis, quæ per tertium secundi non potest dici aliqua vis stellarum, aut

quarumcunque causarum secundarum; est igitur necessario prima causa, sicut 27. primi per
authorates Philosophicas ostendebat. Et similiter potest etiam Theologice argui; Si est
virus vir tantum & unica mulier ante complectum numerum electorum & prædestinatarum à
Deo ex propagatione hominum naturali à primis parentibus continue derivata. Nisi [enim]
ipsi necessario voluntarie gignerent, cessaret generatio hominum, & Dei propositum fru-
straretur; contra decimum primi libri. De Adam quoque & Eva priusquam naturaliter con-
uenirent, potest fieri ^{II simile} argumentum. Item alter Deus non posset necessitate creatu-
ram rationalem, ut est ^{II impeccabilis} perpetuoq; beata; contra 17. 1 que secundi. Item Esaie
40. Ecce, inquit, gentes, quasi momentum statera reputata sunt ei: Glossa, in comparatione
eius, scilicet Dei; quod scilicet momentum ex nihilo in viram liber partem inclinatur. Et Pa-
rab. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit inchi-
nabit illud, sicut vicecum secundi plenius allegavit. Beatus etiam Augustinus de Gratia, D

& libero arbitrio, hac autoritate Salomoniscum multis alijs recitata, cap. 48, ita concludit; His & talibus testimonij diuinorum eloquiorum, satis, quantum existimo, manifestatur, ope-
rari Deum in cordibus hominū ad inclinandas corū voluntates quocunq; voluerit, sive ad bona
pro sua misericordia, sive ad mala pro meritis corū. Idē Enchir. 77. Quis tam impie despiciat,
ut dicit Deum malas hominum voluntates quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit,
non posse in bonum convertere? Idem de bono perseverantiae 20. quam possibile est Deo
aueras & aduersas in fidem convertere hominum voluntates & in eorum cordibus operari, ut
nullis aduersatis cedant, nec ab illo aliquo tentatione superati discedant. Idem quoque
de Correptione & gratia 69. dicit; Deo volenti saluum facere hominem, nullum resisti arbit-
rium. Sic enim seu velle, seu nolle in volentis aut nolentis est potestate, ut diuinam voluntate
implear, nec superet potestatem. Et infra per totum 70. capitulum & in principio 71. pla-
nissime & notabilissime docet idem, sicut 20. secundi plenius allegavit: Item: alter Deus non E
est omnipotens: licet enim Deus faceret quantum posset, ut tu similes vel certo tempore
velles, seu diligeres quippiam, posses, hoc non obstante omniō, ^{II idem} non velle, & per ali-
quam partem dati temporis ^{II illam} velle, per aliam vero non velle, immo & nolle, sive posse
reddere Deum & hominem Iesum Christum saluum, mendacem, petitorum & miserum; si-
cut in principio est argutum. Nec potest quis dicere quod actus liberi voluntatis sub omni-
potentia Dei minime continentur, propter decimum primi, vicecum, & tricesimum secundi,

ac propter authorates Augustini proximo recitatas: tunc quoque sub prouidentia, gu-
bernatione & prædestinatione diuina nullatenus clauderentur; contra vicecum septimum
cum sequentibus, & 45. primi. Quid etiam dignus ad eius omnipotentiam pertinet, quam
suam veritatem in omnibus, etiam in actibus liberi inuolabiliter conferuat? Quemodo

etiam

A etiam ad omnipotentiam eius non attinet, posse disponete libere de possibilibus vniuersis
naturalibus & liberis quibuscumque? Quare & dicit Augustinus de correptione & gratia
70. quod Deus habet humanorum cordium quod placet inclinandorum omnipotentissimam
potestatem: Et 71. quod Deus magis habet in potestate voluntates hominum quam ipsi. Nulli
etiam dubium; quin actus liberi voluntatis sint nobilissimi omnium, & aliqui actus sub Dei
omnipotentia continentur, & non ignobiliores tantummodo: hoc enim vetat eius infinita
nobilitas, & suppositio prima primi, ac felicitas beatorum. Si quis autem voluerit dicere,
quod Deus potest necessitatem hominem ad actum voluntatis, sed hoc facto, non erit huius-
modi actus liber, potest sibi faciliter contradicere; quia si Deus hoc faciat, cum ad omne quod
agit exteriori sufficiat sua sola voluntas, sicut corollarium decimi primi ^{II docet}, & per iuam ^{II probat}
omnipotentiam demonstratur, potest Deus hoc facere per voluntatem suam solam, vide-
licet sine aliquo habitu, vel aliquo creato quocunque, quod nunc ad voluntatem liberam

B hominis non concurrit; & non nisi volendo, seu naturaliter prævolendo hominem velle;
& per tricesimum secundi, nunc de facto sic facit de quocunque actu libero voluntatis. Item
elicit Johannes A. actum liberum voluntatis, cum B. C. causis secundis sufficientibus, &
necessarij requisitis; tunc Deus potest necessitare ^{II} Iohannem ad A. actum, & hoc sine aliqua ^{II} hominem
alia causa secunda, ut patet per præmissa, scilicet tantum volendo, vel naturaliter prævo-
lendo; & per 30^o. secundi sic prius fecit, quando A. fuit liber; ergo tunc Deus necessita-
vit ^{II} Iohannem ad A. actum liberum voluntatis; & etiam si tunc fuit A. liber, eadem ratione ^{II} hominem
& nunc est: omnia enim omnia modo eodem modo se habent nunc & tunc in omniibus causis pri-
mis & secundis. Velebitum supponatur quod Deus necessitatet Iohannem ad D. actum simi-
lem. A. quantum potest, cum B. C. causis secundis præcisè vel omnino similibus, quod po-
test, sicut præmissa probarunt; aliterque aliqua causa secunda, illa scilicet alia necessarij re-
quisita necessitatet voluntatem hominis sicut bruti, contra tertium secundi, & erunt A. & D.

C actus omnino simili rationis: nam in suis causis primis & secundis nulla potest diuinas
asignari: quia si alter est liber, vel necessarius quoquimodo, erit similiter & viceque. Si
autem dicatur, quod ideo D. est necessarius, & A. liber, quia Deus vult facere ipsos tales,
contradicetur hoc modo: Si Deus ita volendo necessitatet ad D. actum, hoc non est faciendo
D. actum per se necessarium, quia ex se potest non esse, & quia tantum vnum est per se ne-
cessare esse, scilicet ipse Deus, ut patet per 17. partem corollatij primi primi, nec per alias
causas secundas per se necessitantes voluntatem creataam, sicut natura & obiectum per se ne-
cessitant bestias, sicut superius est ostensum: hoc ergo est tantum per voluntatem diuinam,
volendo scilicet ^[sc] necessitatet ad D. seu facere D. necessarium, sicut hypothesis confitetur.
Vero ergo Deus sic volendo absolutè necessitatet ad D. actum, & redditum necessarium abso-
lutè, vel tantum respectu sua voluntatis; ita scilicet quod ^{Itante} illa, impossibile est aliter
euenerire, seu quia non potest aliqualiter impediri. Primum dici non potest, ut nullus igno-

D rat, & præhabita docuerunt; relinquunt ergo secundum, & sic loquendo A. actus liber,
quem Deus vult facere liberum, est ita necessarius respectu illius voluntatis diuinæ, sicut D.
respectu alterius: quia, stante illa, ita impossibile est aliter euenerire, & ita impossibile est istam
impediri in aliquo, sicut illam, ut 10. primi docet: ergo A. & quilibet actus creature libertati-
mus est ita necessarius sicut est D. Item ponatur imaginari, vel secundum quosdam sicut est
verè possibile, quod Deus faciat aliquem actum voluntatis creare, volendo simpliciter fa-
cere illum actum, non volendo illum facere necessarium, nec liberum; tunc per hypothesis
neuter erit. Item si Deus tantum simpliciter volendo saceret actus irrationalium animato-
rum vel inanimatorum, illi non essent necessarij respectu Dei, nec respectu aliarum causa-
rum: nulla enim alia causa necessitatet, nisi per virtutem & cooperationem & connecessitati-
onem primæ causæ, quæ est primum necessare esse, sicut primum & sequentia primi docent.
Item si Deus faciat aliquem actum voluntatis create, non volendo necessitatet ad illum, sed

E volendo simpliciter illum efficeret, adhuc vel actus est necessarij respectu voluntatis diuinæ,
quia illa impediri non potest. Prima ergo & per se ratio quare aliquid dicitur necessarium res-
pectu Dei seu voluntatis diuinæ, non est quia vult necessitatet ad illum, sed quia est causa prima
vniuersaliter efficax, omnipotens & impediti non potest. Quare & Stephanus Parisiensis
Episcopus condemnauit quendam errorem, dicentem, quod ad hoc quod effectus omnes sint
necessarij respectu causæ primæ non sufficit, quod ipsa causa prima non sit impedibilis, sed
exigit, quod cause medie non sint impedibiles. Error, inquit Episcopus, quia tuas Deus
non potest facere aliquem effectum necessarium sine ^{*} causis posterioribus: omnes ergo effec-
tus etiam liberi possunt esse necessarij respectu causæ primæ, quia à voluntate sua proce-
dunt; quæ non potest aliqualiter impediti. Adhuc autem sicut necesse est quidlibet fieri, quod
Hab. 2. Deus

Deus vult fieri, sic & necesse est quidlibet fieri eo modo quo Deus vult illud fieri, sicut præcedentia ciuitate monstrant. Sicut ergo effectus naturales necessarios necesse est necessariò fieri respectu causarum suarum naturarum secundarum propter efficaciam voluntatis diuinæ; sic & effectus liberos necesse est liberè fieri respectu causarum suarum inferiorum liberè actuarum propter vniuersalem efficaciam voluntatis diuinæ. Omnes ergo effectus actus liberi omnium inferiorum agentium liberorum respectu voluntatis diuinæ sunt necessarij, sicut necessariò liberi, & necessariò liberè producuntur. Amplius autem nulla voluntas creata est liberior voluntate Christi humana, & illam potuit necessitate voluntas eius diuina, immo & necessaria de facto ad omnes & singulos liberos actus suos, & ad omnes & singulas cessationes & vacationes liberas ab actu & actibus quibuscumque. Si namque voluntas eius humana non necessariò concessisset voluntati eius diuinae naturaliter præcedenti, sicut tricesimi: secundi docebat, potuit dissensisse ab ea, & voluisse aliquid aliud, immo & contrarium, ac peccasse, quod pro singulis partibus repugnat præostensis de Christo 30. secundi; vnde & Ioh. 5. Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico: quod Christus dicit secundum id quod est homo, ut Augustinus testatur, sicut ibi plenius allegatur. Hoc idem de Christo, scilicet quod voluntas eius humana necessariò sequebatur diuinam, docet Anselmus 1. Cut Deus homo, 10. & 21. 10. ostendit quod Christus potuit mentiri si voluerit, sed non potuit velle mentiri, sicut 30. secundi plenius allegauit, & 2. Cut Deus homo 17. ostendit, quod Deus habuit potestatem seruandi vitam suam ut nunquam moreretur, licet nequerit illud velle: ergo eadem ratione non potuit quicquam velle quod diuina eius voluntas non prædisposuit ipsum velle, vel curus oppositus disposuit circa ipsum. Vnde & infra eodem capite ita dicit, Si vis omnium que fecit. & quæ passus est veram scire necessitatem, fecit omnia ex necessitate fuisse, quia ipse voluit, voluntatem vero eius nulla præcessit necessitas: voluntatem, inquit, eius diuinam nulla præcessit necessitas, sed humanam, sicut ab eodem Anselmo ex 10. primi fuerat allegatum. Hæc est ergo sententia Christi, Augustini, Anselmi, Damasceni, atque Lumbardi, sicut præmissa in isto capitulo, & 30. secundi declarant, nec vidi quemquam Doctorum contraria sententiam: videtur ergo ista sententia fatis certa.

COROLLARIUM.

*Corollarium, quod aliqualis necessitas & libertas, ac meritum casuque & fortuna in-
uicem non repugnant: de fatis quoque præscientiae, prædestinationis & gracie cum li-
bero arbitrio ac merito concordia generali.*

Vnde redditur manifestum, quod necessitas & libertas, necessitas quoque & quodlibet
meritum, necessitas insuper & casus & fortuna inuicem non repugnant: vnde & con-
cordia generaliter fati, præscientie, prædestinationis & gratia cum libero arbitrio ac merit
cognoscitur euidenter. Nam priam partem istius ostendit clarissime conclusio principalis,
secunda vero ostendit ex hac prima, potest quoque probari per eadem per quæ principals
conclusio probatur. Item secundum Philosophum, 1. peri hermenias vlt. Esse quod est,
quando est, necesse est; & aliquis actus liber & meritarius nunc est; ergo illum nunc esse ne-
cessite est. Item in Deo & in Angelis confirmatis est necessitas pro multis actibus voluntatis,
maximq; libertas. Item Augustinus Enchir. 86. sic inquit, Prius oportebat hominem fieri, ut
& bene velle posset & male: postea vero sic erit, ut male velle non posset, nec ideo libero ca-
rebit arbitrio; multo quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit scire peccato.
Neq; enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua bene
elle sic volumus, ut esse miseris non solum nolumus, sed nequaquam velle profus possumus.
Idem 5. de ciu. Dei 10. postquam prius disputauit contra Stoicos dicentes voluntates nostras
necessitatibus non subdi, eò quod tunc non essent liberæ responderet ad motuum illorum distinguens
necessitatibus, ostendendo vna esse necessitatē inuitā, quæ aucter seu adimit libertatem;
aliam vero voluntariam, quæ compatitur libertatem: vnde & capit. 9. sic ait, Quoquomodo
se habeant tortuissimæ concertationes & disputationes Philosophorum, nos vt confitemur
summum & verum Deum, ita voluntatem diuinam, summamq; potestatem ac præscientiam
eius confitemur, nec timemus ne ideo non voluntate faciamus, quid voluntate facimus, quia
illud nos facturos ille præsciuit, cuius præscientia falli non posset: quod Cicero timuit vt op-
pugnaret præscientiam; & Stoici, vt non omnia necessitate fieri dicerent, quamvis omnia
fato fieri contulerent, quos redarguit consequenter. Et cap. 10. sic adiungit; Nec illa neces-
sitas formidanda est, quam formidando Stoici laborarunt causas rerum ita distinguere, vt
quasdam

A quasdam subtrahent necessitat, quasdam subderent, atq; in his quae esse sub necessitate no-
luerunt, posuerunt etiam nostras voluntates, ne videlicet non essent liberti si subderentur ne-
cessitat, & distinguendo subiungit, Si enim necessitas nostra illa dicenda est, quae non est in
nostra potestate, sed etiam si nolumus, efficiet quod potest, sicut est necessitas mortis; manife-
stum est, voluntates nostras, quibus recte vel perpetam viviunt, sub tali necessitate non esse;
Multam facimus, quae si nollemus, non vtrq; faccremus, quo primitus pertinet ipsum velle:
nam si volumus, est; si nolumus, non est: non n. vellemus, si nollemus, Et subdit pro membro
secundo, Si autem illa definitur esse necessitas secundum quam dicimus necesse esse, vtrq; sit ali-
quid, vel ita sit, nescio cur ea timeamus, ne nobis libertate auferat voluntatis. Neq; in. & vitâ
Dei & præscientiâ Dei sub necessitate ponimus, sc. primo modo, si dicamus necesse esse Deum
semper vivere & cuncta p̄tscire, sicut nec potestas eius minuitur, cum dicitur mori, nullique
non posse. Vnde & Ioseph. 18. de Antiq. 2. agens de 4. sectis Philosophorū apud Iudæos, qua- 1. sectus.

B rum vna fuit Pharisœorū, dicit quod illi fuerunt primi, quia meliores ceteris stimantur, & hi, ut dicit, facti geri omnia credunt; sed neq; liberū arbitriū hominēs auferunt, fati autē necessitatē importat, sicut 28. primi monstrātū: dicitq; idem Ioseph. 7. de Iudaico belo 8. hominēs fatū vitare non possunt, etiā si prævidērint. Faterigitur quod necessitas & libertas nequaquam repugnant; quare nec necessitas & meritū repugnabit; quod & aliter potest ostendī. Ponatur n. quod Deus aliquē viatorē confirmaret ad libere faciendam omnia bona quā faciet hic in via, ipso penitus ignorantē, sicut boni Angeli confirmantur ad bona sua facienda scienter, tunc talis operaretur bona & bene, quia ita voluntati & ita liberū quantū in eo est, sicut aliis viator non confirmatus omnino: ergo & ita meritior, quod & per exemplum cuiusdam confirmatur. Ponatur enim quod cuitem deuotē ad Missam aliquā vis occulta ita nescium prosequatur, ut cessate, tardare, vel declinare non possit, tunc talis necessariō ita vadit, & non minus meretur quam ficeret si vis illa prædicta penitus tolleretur. Sed ne exemplū huiusmodi

C extra sacram Scripturam videar mendicare, ponatur quempiam tenetem virgam seu baculum, volentemq; ac intentu temerè percutere proximum, sed proptijs tamen viribus non valente, fiatq; talis percusio per aliquam vim occultam, ipsum tamen validè ditionem ut resistere omnino non possit, ipse tamen non sic, sed contrarium opinetur, tunc ipse peccat, ac si propria virtute percuteret, & ita de actibus liberis quibuscumque. Quod autem in omnibus actibus liberis, nedium posset sic esse, sed & quod sit ita de facto satis ostendit ipsa feme Domini Esa. 10. Vx inquiens Affer virga futoris mei, & baculus ipse est in manu coram indigatio Ezechiel. mea; ad gentē fallacē mittā eum, & contra populum futoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiāt prædam, & popū illum in conciliacionē quāsi lūrum placeatrum: ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad intercessionem gentium non paucarum. Dicer enim, Nunquid non Principes mei simul Reges sunt, &c. Et infra, Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & similitudina eorum de-

D **Ierusalem & Samaria.** Nunquid non sicut feci Samariæ & idolis eius, sic faciam Ierusalem & simulachris eius? Et sequitur comminatio pœnae cum expressione culpæ: Et erit cum impluerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Ierusalem, visitabo super fructum cordis magnifici Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius: Dixit enim, in fortitudine manus meæ ego feci, & in sapientia mente intellexi, & abstulit ^{III} seruos populorum, & Principes eotū deprædatus sum. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui fecat in ea? aut exaltabitur sera contra eum à quo trahitur? Quomodo, si eleveretur virga contra levantē se, & exaltetur baculus, qui vtrq; lignū est? Propterea hoc mittet dominator Deus exercitū in pinguis eius tenuitatē, & subtus gloria, seu alijs gloriā eius, succensa ardebit, quasi ignis combustio. Super quod gloriā sic dicit, Situtum in annulata tantu instrumenta sunt, nihil per se facientia, sed per eū qui mouet eis; sic nec Senacherib per se, sed in Dei virtute operatus est: vnde & gloriatio eius stulta & vltione digna. Ex hoc ergo claret videtur, quod licet aliquis faciat talia quod bonū vel malū necessariō ignoranter ratiōne & liberte emittat in eo quod mercede pœna;

E quod bonū vel malū necessariō, ignoranter tamē & liberē, quantū in eo est, meretur vel pēcat. Vnde Theophilus, sicut allegatur in glossa super illud Luc. 2:2: Filius hominis secundūm Theophilus. quod definitum est vadit, sic ait, Non quasi non valens tueris ipsum, sed sicut & definisti sibi morte proper humānam salutem. sed quia iudas ea quā sunt scripta prava intentione agebat, ne quis putet eum innoxium tanqū dispensationis instrumentum, subdit, Verumramen ut homini illi per quē tradetur. Cui & cōcordanter Isidorus, sicut allegatur in glossa super illud Luc. 24. Nonne h̄c oportuit paci Christū, &c. sed si oportuit Christū posse, tamē qui crucifixerunt rei sunt peccato: nō seagebāt perficere quod Deus disponebar, vnde & eorū executio fuit impia. Quibus & plane cōcordat autoritas Aug. 83, q. 27. cū multis similibus 32.1. plenius allegatis; quod etiā bonū vel malū aīt ab aliquo liberē, quātū in eo est, licet nō penitus libere, debeat sibi pro liberō merito computari, ratio plane docet, quia sic est in omnibus alijs factis humanis

Iohannes.
Apostolus.

vel malis, iustis vel iniustis: nam dicens verum, volens tamen & credens mentiri, reus est mendacius: & è contra. Vnde Augustinus Enchirid. 12. Nemo sane mentiens iudicandus est; qui dicit falso, quod putat verum, quoniam quantum in ipso est, non fallit se; sed fallitur peritus: è contrario quantum in ipso est: ille mentitur, qui dicit verum quod putat falso: quoniam enim ad animum eius attinet, quia non quod sentit, hoc dicit, non verum dicit, quoniam verum inveniatur esse quod dicit: nec vlo modo liber est à mendacio, qui ore nesciens verum loquitur, tamen autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est qui nesciens falso dicit, quoniam id verum putat, quādā qui mentienti animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit. Item volens quecumque occidere, & faciens quantum in eo est vt occidat, verè dicitur homicida. Vnde I. Ioh. 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: secundum quem modum loquitur Apostolus ad Heb. 6. dicens semel illuminatus deinde prolapsos, rursus cruci-figentes libenter suis filium Dei. Sic loquitur beatus Cyprianus Carthaginensis Episcopus, B Doctor & Martyr egregius, epist. 3. intitulata de lapsis. Sic & loquitur Augustinus epist. 14. ad Bonifacium, allegans & recitans verba Cypriani in serie ac exponens, Recet, inquiens, dicuntur parentes, vel quicunque maiores, filios seu quoslibet parvulos baptizatos dñm-niorum sacrificiis obligare coenantes, spiritualiter homicidae. Nam in illis quidem qui interfectionem nos facient, sed quantum in ipsis est interfactores fuerunt, recte illis dicitur quando ab hoc scelere prohibentur. Nolite occidere parvulos vestros. Dicit enim & Apostolus, Spiculum nolite extinguere, non quia ille extinguiri potest, sed quantum in ipsis est, extinguites eius merito dicuntur, qui sic agunt vt extingut velint. Isto sensu recte intelligi potest, quod scripsit beatus Cyprianus in epistola de lapsis, cūm eos qui tempore persecutionis idolis immolauerant, arguens, Ac ne quid deceleret, inquit, ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi vel attracti, amiserunt parvuli quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Amiserunt, dixit, quantum attinuit ad illorum scelus, à quibus C amittere coacti sunt: amiserunt in eorum mente ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in scipis amissent, remanserent utiq; diuina sententia sine villa defensione damnandi: quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subiiceret, dicens, Nonne illi cūm iudicij dies venerit, dicent, Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo Domini ad profana contagia sponte properauimus: Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensim particidas: illi nobis Eccleiam marcem, illi patrem Deum negaverunt: vt dum parvi & improuidi, & tam facinoris ignari, per alios ad consortium criminis iungimur; aliena fraude ceperemur. Hanc defensionem non subuecteret, nisi iustissimam crederet, & in Dei iudicio parvulis profuturam. Si enim dicitur, Nos nihil fecimus, Anima quæ peccauit, ipsa morietur, nec illi peribunt sub Dei iusto iudicio, quos parentes sui suo scelere quantum ad scipos attiner perdidérunt. Icūm volens & faciens, quantum in eo est, vt cog- D noscat alienam vxorem, cognoscens tamen propriam creditam alienam, reus adulterij condemnatur: vnde Matth. 5. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo: sicut volens cognoscere propriam, & inscius cognoscens alienam, seu sororem propriam creditam propriam, à crimen excusat, sicut canon testatur, ne dum de isto, sed de multis similibus, & Lumbardus, sicut primum primi pleniū recitat. Item, per 10. primi, nullus potest facere simpliciter contra voluntatem diuinam, & per idem 10. cum 22. eiusdem primi, necesse est quemlibet semper conformiter agere voluntati diuinam; ergo nullus meritor acce pccat, nisi liber est faciendo quantum in eo est conformiter aut disformiter voluntati diuinam. Vnde Augustinus Enchirid. 80. Hęc sunt, inquit, magna opera Domini exposita in omnes voluntates eius, & tam sapienter exquisita, vt cum Angelica & humana creatura peccaserit, i. non quod ille, sed quod volunt ipsa fecisset, etiam per eandem creatura voluntatem, qua factum est quod creator noluit, impleret ipse quod voluit, bene vvens & malis tanquam lumine bonis ad eorum damnationem, quos in se predestinavit ad pcam: & ad E eorum salutem, quos benignè predestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos actus, quod Deus noluit, fecerunt, quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Idem 22. contra Faustum: Fit autem homo iniquus, cūm propter scipias diligenter propter aliud assumendas, & propter aliud appetitis propter scipias diligendas: sic enim quantum in ipso est, perturbat in se ordinem naturalem, quem lex eterna conferuari ubet. Cui concordans Anselmus 1. Cur Deus homo, i. ita dicit: Dei honori aequitaliquid, quantum ad illum pertinet, addi vel minui: idem namque ipse sibi est honor incorruptibilis, nullo modo mutabilis. Verum quando unaquaque que creaturam suum quasi sibi præceptum ordinem sive naturaliter sive rationabiliter seruat, Deo obediens & eū honorare dicitur, & hoc maximè rationalis

ii facere

Anselmus.

A rationalis natura, cui datum est intelligere quæ debet, quæ cum vult quod debet, Deum honorat, non quia illi aliquid confert, sed quia sponte se cius voluntati & dispositioni subdit, & in eum voluntate ordinem suum, & eūdem universitatis pulchritudinem, quantum in ipso est, conseruat. Cum vero non vult quod debet, Deum, quantum ad illam pertinet, inhonorat, quoniam non se sponte subdit illius dispositioni & universitatis ordinem & pulchritudinem, quantum in se est, perturbat: quod tamen absolute non potest, sicut ostendit codem cap. conquequerit, ad duo impossibilitas deducendo. Primum est, quod si sic esset, fieret in ipsa universitate, quam Deus deber ordinare, quedam ex violentia ordinis in pulchritudine deformitas. Secundum est, quod Deus in sua dispositione videtur deficere; quæ duo, inquit, sicut sunt inconvenientia, ita sunt impossibilita. Alter autem breuius & forsitan leuius potest adhuc hoc idem ostendit. Nulli enim Philosopho, vel Theologo dubium, quin homo ideo meretur vel peccat, quia in statu merendi, & peccandi, scienter, voluntarie, B gratis, & sponte consentit, vult, & facit bonum vel malum; sed hoc & sic potest, licet necessario faciat hoc vel illud, sicut præmissa testantur. Vnde & Wilhelmus de Alvernia Parisiensis Episcopus in suo tripartito, cuius prima pars principalis est de fide & legibus, secunda de virtutibus, tertia de vitiis & peccatis, part. vlt. cap. 10. recitato errore dicentium hominem non posse peccare, qui habet necessitatem vel impossibilitatem faciendi vel non faciendi quocunque; quare, vt arguunt, non habet liberum arbitrium, nec culpam, nec laudem, ipsique redargutis, respondens ad motuum eorum: Propter hoc, inquit, solebamus distinguere, quod quedam necessitas est violentia, & illata; & quicquid ex ea agitur, non agenti, sed violentiam inferenti imputandum est: imo non agens dicendum est illud cui violentia infertur, sed magis ipsu quod infert violentiam, vt rota molendini est. Et secunda est necessitas stabilitatis & immutabilitatis, qualē dicimus esse necessitatem Dei, qui immutabiliter bonus est, & quicquid est hac necessitate, neceſſe est ipsum bene agere semper, & contrarium impossibile, & ista necessitas C non aufer liberatem sed perficit. Tertia necessitas est extranea sive forinsecata, quam nonnulli vocant necessitatem per accidens, & eisdem distinctiones facimus de impossibilitatibus, & hoc modo dicuntur quædam de præterito necessaria, vel impossibilita, sive te comedisse & fecisti, quicquid fecisti. Est & quartæ necessitas, quam vocat Aristoteles determinatam, vt Socratem federe dum federet, & forte referri potest ad necessitatem quæ diximus extraneam: quoniam sicut necesse est te fecisti quod fecisti, quia tempus non recipit mutationem redditus sive reuocationis: sic & Socratem federe dum federet: quare fluxus temporis utriq; est causa necessitatis & impossibilitatis. Necesse est violentia, cum violentia contra voluntatem fuerit, inculpabilem facit: contra voluntatem autem dicimus necessitatem, aut impossibilitatem, aut etiam violentiam, cum nec affectata est, nec procura, nec tollerata, aut neglecta. Et infra ejusdem 11. Secundum, inquit, errorem illorum, qui dicunt omnia ex necessitate evenire, non est necesse vt propter hoc nemo peccare possit, aut bene agere: & hoc apparet per ea quæ diximus de necessitate & impossibilitate, videlicet, quæ & quando excusat à culpa & obligatione, & quatenus. Ostendimus quod necessitas, qua necesse est Deum semper bene agere, & impossibilitas, qua impossibile est ipsum male agere, in nullo prohibent vel impedunt, quo minus bene & laudabiliter agat utramque: & hoc est, quoniam nec violenter impellunt ipsum ad bene agendum, nec violenter ipsum impediunt aut auertunt à malo agendo, nec vlo modorum resistit illa impossibilitas aut contradicit voluntati eiusdem. Sic necessitas virtutis celestis aut fati, quam secundum eos impossibile est, vel impediri, & quæ etiam mouent animas humanas, ut ipsi opinantur, mouent, inquam, ad cogitationes & affectiones, quæ in eis sunt, & per illas ad operationes, & operum declinationes, quoniam non mouent eos violenter, i. ino voluntarie, non excusat animas humanas à peccatis & culpi: & hoc est, quoniam à quocunque principio fit opus voluntarium, dummodo voluntarium sit, id est, voluntari quocunque trius modorum quos diximus, id est, vel affectatum, vel toleratum, vel neglectum, semper impulsum est volenti & agenti per voluntatem: nec sequitur: Si non potest aliud agere, vel etiam velle propter hoc excusat sit, quia nec vult aliud posse vel agere nec aliud velle. Propter hoc dicit Seneca, quia omne peccatum adeo est voluntarium, quia si non est voluntarium, non est peccatum: Quare necessitas vel impossibilitas, quæ non aufer operi, quoniam sive voluntarium, hoc est, ex necessitate, quam impossibile est non esse libera, nec culpam aufer nec meritum eidem operi. Reuera autem si totum quod mouet animas nostras extra nos est, & non habemus principium motuum operum nostrorum intra nos, vel in nobis, totum attribuendum videretur extrinseco mptori, vel motoribus, si plures essent: Quare non erit nobis imputandum vel ad laudem vel ad vituperium, similius nec ad meritum, nec ad culpam: Non enim

II se

II se

Iohannes.

Anselmus.

II necessari-
um
II facti

enim secundum hoc alterum in potestate nostra. Cum enim à solo motore, qui extra nos est, sint voluntates nostræ, & voluntatum aduersiones vel repressiones, & motor huiusmodi in potestate nostra non sit vlo modo, nou erunt illæ in potestate nostra, nec erunt in nobis ut actiones nostræ & opera, sed ut passiones tantum à fornicatio agente, & criminis tantum receptores huiusmodi impressionem, & nullo modo actores, quare nec bene nec male agemus, sed virtus celestis vel fatum agit omnia hæc quæ videntur esse actiones nostræ, & erimus tantum organa virtutis celestis & fati. Manifestum est autem quod organo non est imputanda operatio, quæ per ipsum agitur, ad laudem vel viae peritum, cuius vel meritum, sicut moris rorū molendini varie, nec quantum ad essentiam suam, nec quantum ad tarditatem vel velocitatem culpabiliter imputari potest ipsi rotæ, sed aquæ soli impellenti & reuolventi illam. Quare manifestum est, quia si virtus celestis vel fatum, vel quicunque alias motor extrinsecus moueret animas humanas ad volendum vel nolegendum, nichil auferit eis dominium & imperium, vel autoritatem suatum voluntatum & actionum, cum nec vim, nec violentiæ nec coactionem eis inferte ad hæc possunt: & hoc est propter libertatem atque imperio voluntatis, propter quas nec coactionem sustinet, nec recipibilis est vlo modorum ipsius. Ex his autem evidenter apparet, quod licet quis necessitatus fuerit ad faciendum quicquam boni vel mali, si tamen necessitationem illam ignoret, & faciat hoc voluntatiæ & liberè, quantum in eo est, meretur. Sed quia ignorantia non est per se causa merendi, nec necessario consequens meritum, potest quis non ignoranter, sed vere scienter necessitatus ad aliquid faciendum, hoc faciendo mereri. Si namque ignorantia necessario præexigetur ad meritum, ipsa esset causa essentialis illius, vt quarto & decimo tertio primi docetur. Omnis enim effectus ponitur, vei poni potest, positus omnibus & solis essentialibus causis suis: sed ignorantia non est aliqua essentialis causa meriti, vt inducit manifestat: ipsa quoque ignorantia pura pietatis est & nihil, quare nullam veram rem causat. Et per decimum octauum secundi humi, meritura est vera res existens: sublata igitur ignorantia supradicta, & statibus omnibus causis essentialibus meriti, erit meritum sicut prius; maxime quia habitus oppositus ignorantia, id est, scientia, non repugnat formaliter merito, nec alieni alij positivo cum eis merito necessario concurrente: Quare & videtur quod essentialis & per se ratio merendi sit ista; meritum, ve sic loquar, scilicet habile ad merendum facere quid morale libere, quantum in eo est, seu simpliciter libere, scilicet voluntariæ sua spontaneæ. Posui merituum ad differentiam Dei & sanctorum confirmatorum perfecte, sicut erunt post finale iudicium, qui possint tale & sic facere non merendo, eo quod non sunt aut erunt habiles ad merendum. Hoc autem videtur multum consonum rationi. Nam si quis licet necessitatus scienter ad facieadum aliquid pro amico, faciat hoc pro eo non inuitus tanquam necessitate coactus, sed quantum in eo est, libere & omniaco spontaneæ ac deuote gratissimœque amore, videtur quod ratio exigit, & gratitudo compellat, quod ille beneficiatus benefactori suo aliquam gratiam referat, D

II necessaria aut saltem aliquem gratum effectum rependat: Nam vis ipsa gratitudinis intima non permittit, vt sicuti, sicut ceteri hominum, sicut Ethnicus & Publicanus, qui nunquam cum gratia dilexit, nunquam sibi voluit bonum nec in quantum in minimo benefecit. Hoc autem totum demonstratur clarissime in Domino Iesu Christo, qui fuit necessitatus quodammodo ad operam sua meritoria vniuersa, sicut præfens capitulum ostendebat, nec ignoranter, sed distincte scienter, sicut nullus ambigat Christianus: quod & ipse expresse contestans, Non possum, inquit, ego à me ipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico Ioh. 5. quod dixit de se ipso secundum naturam suam humanam, sicut tricesimum secundi allegat. Vnde Anselmus 2. Cur Deus homo 5. necessitatem bipartiendo distinguens iuxta distinctionem Augustini præmissam, ostendit vnam esse, quæ prohibitionem aut coactionem importat, & reddit II necessitatum inuitum: & alteram, quæ nihil horum importat, sed tantum immutabilitatem spontaneæ voluntatis. Prima, vt dicit, tollit gratia & meritum II facient: secunda vero non tollit, sed coiparatur & adauger: vbi ad propostum primo queritur, Quomodo impunibilis mus nostram salutem eius gratis, si nos salutem necessitatem? Et statim responderet, Est necessitas, quæ beneficiari gratiam auferit aut minuit: & est necessitas, qua maior beneficio gracia debetur. Cum enim aliquis ea necessitate cui, subiacet, inuitus benefacit, aut nulla aut minor ei gratia deberet: cum vero ipse sponte se necessitati benefaciendi subdit, nec inuitus eam sustinet, tunc utriq; maiorem beneficij gratia meretur: Non enim hæc est dicenda necessitas, sed gratia, quia nullo cogente illa sufficit, aut seruat, sed gratia. Nam si quod hodie sponte promitis cras te daturum, eadem cras voluntate das, quamvis necesse sit te cras reddere pro-

missum,

A missum, si potes, aut mentiri, non tamen minus tibi debet ille pro impenso beneficio cui das, quam si non promisisses, quoniam te debitorem ante tempus dationis illi facere non es necessitatus: tale est cum quis sanctæ conuersationis sponte volet propositum. Quamvis namque seruare illud ex necessitate post, votum debeat, ne Apostolæ damnationem incurrit, & licet cogi posset seruare si nolit, si tamen non inuitus seruat quod volet, non minus sed magis gratias est Deo, quam si non voullet, quoniam non solum communem viam, sed etiam eius licentiam fibi propter Deum abnegavit; nec sanctæ viuer dicendus est necessitate, sed eadem quæ volet libertate. Et eandem distinctionem decimo & decimo septimo recitat, vbi & ostendit diffusæ, quod Christus ista secunda necessitate fecit & passus est quæcumque: vnde & dicit, quod Deus homo nequivit velle seruare vitam suam, vt nunquam moreretur, & quoniam hoc à seipso habuit, vt scilicet velle non posset, non necessitate, sed libera potestate, animaliam suam posuit; quod & consequenter per impossibile & ostensiue demonstrat. Primo B per impossibile isto modo: Christus potuit non mori, ergo fides virginis benedictæ & antiquorum sanctorum, qua credebat Christum passum, in qua fide fuerunt à peccato mundati, potuit tunc semper prius fuisse falsa, quæ si falsa fuisset, neminem emundasset; potuit ergo tunc virgo benedicta, & sancti antiqui nunquam prius fuisse mundati, cum tamen erat verum de præterito, ipsos fuisse mundatos. Secundò hoc ostensiue demonstrat, è contrario arguendo hoc modo: Tempore Christi incarnati non paxi verum fuit de præterito, & necessarium virginem benedictam & sanctos antiquos fuisse mundatos in fide non facta, sed vera passionis Christi futura; ergo tunc fuit necessarium Christum pati: nam si antecedens est necessarium, & consequens erit similiter, vt supponit, quod ostendit Philosophus 1. Prior. Alter enim ex vero sequeretur falsum quandoque. Si enim consequens non esset necessarium, aut esset falsum, aut fieri posset falsum; ergo secundum Anselmum, quam necesse fuit tempore Christi incarnati non paxi virginem benedictam, & sanctos antiquos fuisse mundatos, tam necesse fuit Christum fore passum secundo modo necessitatus, non primo: vnde & inter cetera ita dicit: Vtè moriturus erat, quoniam si verè non fuisset moriturus, non fuisset vera fides futura mortis eius, per quam & illa virgo, de qua natus est, & multi alij mundati sunt à peccato. Nam si vera non fuisset, nisi prodebet potuisse: Quapropter si potuit non mori, potuit facere non esse verum quod verum erat. Deinde quarens, quare verum erat antequam moreretur, quod moriturus erat, & discipulo respondente, quoniam hoc ipse sponte voluit & immutabilis voluntate subiungit Anselmus: Si ergo, sicut dicens, idcirco non potuit non mori, quia verè moriturus erat, & ideo verè erat moriturus, quia hoc ipse sponte voluit & immutabiliter, sequitur illum non ob aliud non potuisse non mori, nisi quia immutabilis voluntate voluit mori. Et paulo post dicat: Cum dicimus quod homo ille, qui secundum unitatem personæ, sicut supradictum est, idem ipse est, qui filius Dei Deus, non potuit non mori, aut velle non mori, postquam de virginе natus est: non significatur in illo vla impotencia seruandi aut volendi seruare vitam suam immortalem, sed immutabilitas voluntatis eius, qua se sponte fecit ad hoc hominem, vt in eadem voluntate perseverans moreretur, & quia nulla res potuit in illam voluntatem mutare: Plus enim esset impotencia, quam potentia, si posset velle mentiri, aut fallere, aut mutare voluntatem, quam prius immutabile esse voluit. Et si quemadmodum supra dixi, cum aliquis sponte se proponit facturum bonum aliquod, & eadem voluntate postea perficit quod proposuit, quoniam cogi posset, si nolit, promissum soluere; non tamen dicendas est necessitate facere quod facit, sed ea, qua propositum, libera voluntate. Non enim necessitate aut impotencia fieri, vel non fieri dici debet aliquid, vbi neque necessitas, neque impotencia quicquam operatur, sed voluntas. Si, inquam, ita est in homine, multo magis necessitas aut impotencia nequaquam nominandæ sunt in Deo, qui nihil nisi quod vult, facit, & cuius voluntatem nulla vis cogere aut prohibere valer. Denique virgo, quæ per fidem munda facta est, vt de illa posset afflumi, nequaquam credit illum moriturum, nisi quia veller, quemadmodum per Prophetam (qui de illo dixit, Oblatus est quia ipse voluit) didicerat. Quapropter quoniam vera fuit fides eius necessitatem ita futurum esse, sicut credidit. Legens igitur ac legendis diligenter hunc librum Anselmi Christiani Philosophi, audeo assertare pro constanti mentis fuit fuisse, quod Christus patiebatur, & fecit quæcumque secunda necessitate prædicta, quæ ut probabile valer. Non enim prima; nec dubium, quin Christus vtroq; modo plurimum meruit: Quare nec dubium non prima; nec dubium, quin Christus vtroq; modo plurimum meruit: Quare nec dubium secundum eundem, quin scita necessitas & meritum non repugnant. Idem videtur testari Lombardus, qui 2. sen. dist. 5. & 1. 1. dicit sanctos Angelos confirmatos continuè proficere in merito;

qui

qui & 4. sentent. diff. 45. dicit, quod Angeli cognoscunt in Dei voluntate esse, volunt & ipsi A
si: adeo enim voluntati addicti sunt supernæ, ut nihil præter voluntatem eius queant velle, nec est verisimile quod ipsi Angeli illam necessitatem ignorent, cum nos ignari homines hanc facimus. Item tu scis te nunc mereri, ponatur; & tu scis secundum Philosopham 1. peri hæc etiam vlt. quod esse quod est, quando est, necesse est: tu ergo scis, quod tu necessario nunc mereris; quare & scis, quod scita necessitas & merito non repugnant. Prima igitur demonstratio istarum, qui per ignorantiam ostendebat non repugnantiam necessitatis & meriti, est demonstratio cognitionis tantummodo. Non enim propter quid, nec quia, quoniam nec à causa ad effectum, nec è contra. Apertius tamen & facilius facit cognoscere veritatem: secunda autem est propter quid, quia procedit à causa: tertia, scilicet in ultimo argumento, est demonstratio tantum quia, eo quod sumitur ab effectu. Has autem tres demonstrationes tangit breviter Auctor, super 8. Phys. 3. sub alijs tamen verbis. Tertia pars collarij patet ex prima, cum vicelimonono primi: quarta vero pars eius, fatum, præscientiam, prædestinationem, & gratiam cum libero arbitrio & merito sagens concordare ex prima & secunda, consequitur evidenter: Non enim est causa quare discordare videntur, nisi quia hæc necessitatem illa libertatem importare creduntur; sed hæc non repugnat iniucem, sed statim concorditer, testibus partibus supradictis.

C A P . II.

Quod Deus quodammodo necessitat quilibet voluntatem creatam ad quemlibet liberum actum suum, & ad quilibet liberam cœfationem ac vacationem ab actu, & hoc necessitate naturaliter p̄cedente.


Ic autem consequenter arbitror ostendendum, quod Deus quodammodo necessitat quilibet voluntatem creatam ad quemlibet liberum actum suum, ad quemlibet etiam liberum cessationem & vacationem ab actu, & hoc necessitate naturaliter p̄cedente. Est namque, sicut docet Anselmus 1. Cur Deus homo 17. & de Concordia 2. duplex necessitas, scilicet p̄cedens & sequens, sive concomitans. P̄cedens facit rem esse, & hæc est in omnibus agentibus irrationalibus, quoniam cum actiū appropinquauerit passiuo cum circumstantiis debitis, necessariò sequitur effectus, sicut docet Philosophus, 9. Met. 10. & eodem modo est de necessitate non essendi, de his quæ per irrationalia prohibentur ab esse: sequens vero sive concomitans est, quæ quodammodo sit a reente, & ab esse quolibet quasi adoratur & descendit, illudque inseparabiliter sequitur & individuè comitatur, similiter & non esse. Et hæc secundum Philosophum, 1. peri hermenias vlt. est vniuersaliter in entibus & non entibus quibuscumque: vnde sic dicit, Esse, quod est, quando est, & non esse, quod non est, quando non est, necesse est: & idem vult Anselmus locis p̄datis. Nec solum ista p̄cedens necessitas in agentibus irrationalibus & eorum actibus reperitur, verum etiam in agentibus rationalibus ex arbitrii libertate & actibus liberis eorundem. Positis namque in actiū rationali & libero potentia & voluntate quodlibet extrinsecum liberum faciendo, necessariò sequitur quod hoc fiat: nihil enim deficit requisitum. Dicitque Philosophus 9. Metaphys. vbi prius [scilicet 10.] Potens secundum rationem omne necesse quando desiderat, cuius habet potentiam, & vt habet, hoc facere. Eandem quoque sententiam & alibi saepe docet, sicut in p̄cedentibus recitat. Ex quo videtur perspicue colligi quedam regulam generalis, quod videlicet vniuersaliter omnis effectus à quoconque agente rationali vel irrationali & libero producatur hoc modo, quod posito suo agente cum omnibus suis dispositionibus sufficientibus naturaliter p̄tius quibus illum producit, necessariò & indefectibiliter sequitur ipsum produci, & producitur ex necessitate naturaliter p̄cedente; quod & satis apparet ex significationibus terminorum. Vnde & potest elici talis definitio necessitatis naturaliter p̄cedentis; quod ipsa est causa actiua, qua posita cum omnibus suis dispositionibus sufficientibus naturaliter p̄tius quibus causat suum causatum, necessariò & indefectibiliter sequitur illud causari. Et ex hac clare potest cognosci definitio effectus necessitatis necessitate naturaliter p̄cedente;

Philosophus. Potens secundum rationem omne necesse quando desiderat, cuius habet potentiam, & vt habet, hoc facere. Eandem quoque sententiam & alibi saepe docet, sicut in p̄cedentibus recitat. Ex quo videtur perspicue colligi quedam regulam generalis, quod videlicet vniuersaliter omnis effectus à quoconque agente rationali vel irrationali & libero producatur hoc modo, quod posito suo agente cum omnibus suis dispositionibus sufficientibus naturaliter p̄tius quibus illum producit, necessariò & indefectibiliter sequitur ipsum produci, & producitur ex necessitate naturaliter p̄cedente; quod & satis apparet ex significationibus terminorum. Vnde & potest elici talis definitio necessitatis naturaliter p̄cedentis; quod ipsa est causa actiua, qua posita cum omnibus suis dispositionibus sufficientibus naturaliter p̄tius quibus causat suum causatum, necessariò & indefectibiliter sequitur illud causari. Et ex hac clare potest cognosci definitio effectus necessitatis necessitate naturaliter p̄cedente;

C A P . Z.

De Causa Det.

A p̄cedente: scilicet, quod est causatum à causa, qua plenè posita, necessariò sequitur illud causari. Sed aliquis totū hic instabat negando regulam, & definitiones premittas, dicendo illas esse veritas de causis inferioribus & secundis tauctummodo, non autem de causa suprema & prima, & quod omnis causa secunda, quandocumque, quomodoque sit disposita seu affecta, respectu cuiuscunq; causabilis seu causata, necesse est tunc eam sit affecta seu disponi. Prima autem causa non sic, ut dicit respondens, quia licet Deus nunc velit aliquid esse futurum, puta Antichristum, non est necesse pro nunc ipsum sic velle, sed potest pro nunc non sic velle. Sed secundum istam instantiam responsiuam, nulla esset omnino necessitas antecedens respectu alicuius effectus, nec aliqui effectus necessitatis respectu sunt causa necessitate naturaliter p̄cedente: nulla enim causa secunda, quicquam potest sine coexistētia & præstabilitate primæ causæ, dicens videlicet voluntatis, sicut vice librum & triclinium secundi monstrabant: si ergo in ista seu illa non sit necessitas antecedens, nec in aliqua alia potest esse. Adhuc autem & ilium effectum nunc factum seu creatum immediatè à Deo necesse est nunc esse; quare & eius causam efficientem seu creatorē, puta voluntatem diuinam: vel si ipsa possit pro nunc non esse, potest & iste effectus contra p̄missa. Similiter quoque modo potest argui de quoconque effectu p̄terito; quoniam secundum decimum quartum primi, voluntas Dei est causa cuiuscunq; p̄teriti, quare ipsum est p̄teritum. Et si dixerit quod voluntas diuina respectu p̄sentium & p̄teritorum est necessitas antecedens, sed respectu futurorum nequaquam, facit voluntatem diuinam respectu futurorum liberam secundum contradictionem, in tantum quod procedit instanti, in quo est, respectu alicuius futuri, potest non esse; & cum illud futurum sit praesens, in p̄teritum discedat, facit eam necessitatem necessitatis opposita. Adhuc autem cur non potest omnipotens Dei voluntas esse tam necessaria & tanta necessitas respectu effectus futuri, sicut p̄sens & p̄teriti? Si enim ex se sola sit necessaria, & necessitas antecedens respectu p̄sens & p̄teriti, potest & limitat respectu futuri, cum omni eodem modo intrinsecè semper se habeat respectu eiusdem rei primo futuræ, secundo p̄sens, & tertio p̄teriti. Si autem potestur necessitas antecedens respectu p̄sens & p̄teriti non sufficiens nec totaliter ex se sola, sed ex adiutorio alicuius alterius, puta rei p̄sens vel p̄teriti, non videtur sibi ipsi plene sufficiens, neque plene omnipotens, contra primam suppositionem, tertiam partem, quintam, & septimam collarij primi, primi. Si etiam res p̄sens aliquo modo iuvaret ad necessitatem in voluntate diuina respectu illius rei p̄sens, videtur quod esset aliqua causa eius, & aliquo modo ipsam causaret; quare & prius naturaliter esset rem p̄sens esse, & necessariò pro nunc esse, quanto voluntatem diuinam illam necessitatem suam intrinsecam nunc habere, quod potest convincere p̄ 20. primi, & 30. secundi: si insuper ita esset illa necessitas in voluntate diuina, est necesse subsequens & necessitas rei p̄sens antecedens contra hypothesum. Si etiam aliquod adiutoriorum extrinsecum potest præbere voluntati diuina necessitatem intrinsecam respectu omnium p̄sensum & p̄teritorum, cur non limitat respectu omnium futurorum, aut alicuius futuri? Amplius autem & si voluntas diuina, quæ nunc est respectu alicuius futuri, possit pro nunc non esse respectu illius, ut dicit responsus; hoc tantum non est in potestate illius futuri, nec alicuius causæ inferioris, nec aliquatum causarum, sed tantum in voluntate diuina libera potestate, & ipsa est vniuersaliter efficax & indefectibilis in causando, quare & necessitas antecedens respectu illius futuri. Ecce quomodo iste modus loquendi de necessitate antecedente naturaliter consonat rationi: consonat quoque modo loquendi, imo & eti modis loquendi Philosophorum & Theologorum seniorum, & Patrum nostrorum, sicut p̄missa hic & proximo huius doceat: vnde & Augustinus 3. de liberali arbitrio 3. Voluntas, inquit, illius, scilicet Dei, mihi est necessitas: & quamquam sub nomine discipuli hoc dicatur, hoc tamen non reprobatur, sed approbat Augustinus, ostendens quod voluntas & necessitas non repugnant: huic & consonant verba & sententia Augustini, 5. de ciuit. Dei 9. & 10. post huius p̄missa: qui & 6. super Genesim ad literam 22. ostendit, quod necessitas rerum futurorum est in Deo, in voluntate diuina, vbi & sic sit, hoc necessariò futurum est quod ille vult. Istud etiam consonat verbis & menti Anselmi proximo huius tractis: vnde & 2. Cur Deus homo, 17. Omnis, inquit, necessitas & impossibilitas eius subiecta est voluntati; illius autem voluntas nulli subditur necessitati, ut impossibilitati: nihil enim jacet voluntati; illius autem voluntas nulli subditur necessitati, ut impossibilitati: sicut ipse est noncessarium, aut impossibile, nisi quia ipse ita vult. Et infra locum de Christo, sic sit: Si quis omnium quæ fecit, & quæ passus est, veram lecit necessitatem, ita omissa ex necessitate fuisse, quia ipse voluit. Qui & in quadam meditatione sua de redemptione humana sic dicit: Omissa necessitas & impossibilitas eius subiecta voluntati, quippe quod vult necesse est

Aristoteles. est esse, & quod non vult, impossibile est esse. Idem adhuc de concordia 2. post distinctionem de necessitate praemissa, & ostensionem eius diffusam sic ait; Opus voluntatis cui datum est, ut quod vult sit, & quod non vult non sit, voluntarium sive spontaneum est, quoniam spontanea voluntate sit: & bisariam est necessarium, quia voluntate cogitur fieri; & quod sit non potest simul non fieri. Opus, inquit, voluntatis, id est operatio, seu operatum extrinsecum à voluntate volente procedens cogitur, id est necessitatur, sicut processus eius & verba lucide manifestant. Vnde & 5. Metaphys. Arist. 16. vbi vna translatio dicit, Quod prius & potentius est illud, cuius secundum praevoluntatem sequi necesse est alterum; alia translatio dicit, quod fortius & ante est illud quod cogit alterum sequi suam voluntatem: quam litteram Averroes exponendo, sic ait; Vniversaliter dicitur Ante, illud quod est fortius & dignus, & est illud quod cogit illud quod est post, ut voluntas eius consequatur voluntatem suam, quoniam voluntas debilior sequitur voluntatem fortioris, sicut primum huius plenius recravuit. Eudem quoque modum loquendu[m] videtur diuinissimum Elias diuinus habuisse, praedicens de Christo quod veniret quasi fluminus violentus, quem spiritus Domini cogit, violentus, inquit, id est, non inuitus, sed vi plenus, vi spiritus Domini, qui super ipsum plenarie concurrit, & ipsum agebat in omnibus, & ducebat, quem & ipse in omnibus necessariò seiu ebatur, sicut 30. secundi, & primi tria plenius declarabat. Vnde & Matthæus dicit, quod Iesus ductus est à spiritu in desertum; & Lucas, quod agebatur à spiritu in desertum; & Marcus, quod expulit, aut, secundum aliam litteram, compulit eum spiritus in desertum, quæ omnia de spiritu sancto constat certissime dicta esse, sicut 30. secundi breuiter memorabat. Quapropter & Stephanus Episcopus Parisiensis condemnauit quendam errorum dicentem, quod ad hoc, quod effectus omnes sint necessarii respectu primæ causæ, non sufficit, quod ipsa causa prima non sit impedibilis, sed exiguit quod causa media non sint impedibiles. Error, inquit Episcopus, quia tunc Deus non posset facere aliquem effectum necessarium sine causis posterioribus: omnes ergo effectus, etiam liberi, sunt necessarii respectu cause primæ, quia voluntate sua procedunt, quæ non potest aliqualiter impediti. Et si quis instandum putauerit, dicendo, quod articulus Parisiensis non dicit vniuersaliter effectus omnes, sed particulariter seu indefinite tantum effectus, fateor me nescire quomodo in originali articulo scriberetur: scio tamen quod inter articulos multum correctos vniuersaliter illam scriptam inueni: nec refert: ex illa namque particulariter seu indefinita cum alijs veris, vniuersalis illa consequitur evidenter. Si enim ad hoc, quod aliqui effectus sint necessarii respectu cause primæ, sufficiat, quod ipsa non sit impedibilis respectu illorum, cum vniuersaliter omnes effectus siant ab ipsa, & ipsa sit vniuersaliter non impedibilis respectu aliquorum effectuum, aut etiam alicuius, sicut præhabita demonstrauit, omnes effectus sunt necessarii respectu illius. Istit igitur suppositus, principalis conclusio faciliter ostendetur. Nam secundum capitulum proximum, Deus potest sic necessitare omnem voluntatem creatam, & hoc necessitate naturaliter præcedente, quia secundum talēm necessitatem capitulum totum procedit; & hoc non posset aliquid aliud faciendo, quam tantum volendo, quoniam nullo modo agit ad extra, sicut 9. & 10. primi docent; nec aliter volendo quam præ naturaliter: & per 20. secundi iuncto 30. sic vult semper, sicut & capitulo proximo plenius est argutum. Item per idem 20. Deus per voluntatem suam est causa efficientis propriæ omnis actus voluntatis creatæ; & per idem 30. prior naturaliter voluntate creatæ; & per 10. primi voluntas diuina frustrati non potest: ergo per regulam generalem & definitiones praemissas, omnis actus voluntatis creatæ producitur ex necessitate naturaliter præcedente; immo & per eadem, omnis voluntas creatæ agens quocunque, illud agit ex necessitate naturaliter præcedente. Ad idem non improbabiliter arguitur isto modo: In voluntate creatæ nunc volente est quædam necessitas ad volendum, saltem necessitas subsequens, & in voluntate diuina similiter, quæ vult & facit voluntatem creatam nunc velle, quoniam secundum Philosophum & Anselmum vbi prius, E. Quod est, quando est, necesse est esse: h[ic] ergo duas necessitates in his duabus voluntatibus, diuina scilicet & humana, aut sunt coæquæ & disparatae in causalitate, & impertinentes ad inicium, aut non sunt ita: si sunt tales, ergo iuxta habita 25. secundi, ambæ reducuntur ad tertiam, tanquam ad causam communem priorem ambabus: ergo voluntas diuina necessitatæ per aliquam causam priorem ad volendum aliquid extra Deum; quod nullus dubitate esse falsum, quoniam illa causa vel est rationalis & libera, vel irrationalis & necessaria in agendo. Si detur primum, ergo diuina voluntas non est prima causarum omnium liberarum, nec Deus primum agendum liberorum; cuius oppositum suppositio prima primi, & capitulo 9. cum 20. & sequentibus, ac 30. secundi huius ostendunt. Si detur secundum, ergo Deus necessitate penitus absoluta vult & facit aliquid extra ipsum; quod destruitur per praemissa. Omnis quoque

A quoque necessitas in qualibet creatari, sicut & quodlibet aliud, producitur à voluntate diuina, tanquam à causa efficiente priori, ut nonum primi docebat: Omnis ergo voluntate necessitas in voluntate creatæ efficitur à voluntate diuina; quæ dici non potest illas duas necessitates prædictas esse disparatas & ad inicium coæquatas; nec quicquam in tantum desipit aut infanit, ut dicat necessitatem in voluntate humana esse causam naturaliter præcedentem, & efficientem respectu necessitatis in voluntate diuina: Hoc enim eius libertati permaxime nimium derogaret; quod & per præmissa conuincit esse falsum; Illa ergo necessitas in voluntate diuina est prior naturaliter necessitate in voluntate humana, & efficientis causa eius. Item nulla voluntas creata in actibus suis est liberior voluntate Christi humana, & illam necessitatem voluntas eius diuina ad singulos actus iuuos, sicut hic supra & capitulo proximo est ostensum. Quare & quamlibet aliam quodammodo necessitatem voluntatem. Voluntas quoque diuina antecedenter necessitatæ beatos confirmatos in Cœlo ad beatitudinem actum suum, B & ad non peccandum, & contrario modo damnatos, sicut 15. secundi 16. & 17. suaserunt: Cur ergo non agentia cetera simili ratione?

C O R O L L A R I V M.

Corollarium, quod aliqualis necessitas antecedens & libertas ac meritum non repugnant, & quod nulla causa inferior, sed tantum superior, scilicet Dei voluntas, est necessitas antecedens respectu sui effectus: & quod omnia quæ sunt, sunt & eveniunt, sunt, sunt & eveniunt de aliqua necessitate ipsam naturaliter præcedente.

Vnde consequitur evidenter, quod aliqualis necessitas antecedens & libertas ac meritum non repugnant, & quod nulla causa inferior, sed tantum superior, scilicet Dei voluntas, est necessitas antecedens, & quod omnia quæ sunt, sunt, & eveniunt, sunt, sunt, & eveniunt de aliqua necessitate ipsa naturaliter præcedente. Primam namque partem huius ostendit de aliqua necessitate ipsa naturaliter præcedente. Conclusio principalis, quæ erat potest ostendit simpliciter sicut illa; & secunda sequitur ex hac prima. Potest quoque istud corollarium demonstrari quantum ad has partes, sicut proximum fuerit demonstratum: Secunda vero pars huius sequitur manifeste, quoniam nulla causa inferior, quantumcunque disposita, quicquam potest, si voluntas diuina resistat, vel etiam si non agat, sicut 10. & 9. primi, cum 20. secundi lucide manifestant: Reliquum ergo sola voluntas diuina necessitas antecedens; Vnde & cum nono primi sequitur ultima pars illius.

C A P. III.

D De contingente ad utrumlibet secundum opiniones diuersas, & quod ipsum est.



Vnde vero iuxta regulam generalem de necessitate naturaliter præcedente capitulo proximo prelibatam, videtur de contingentia ad utrumlibet differendum: Porro circa hoc contingens sunt opiniones diuersæ. Aliqui namque dicunt, quod nihil est sic contingens, sed erit dicuntque, tale contingens non esse in rebus presentibus, sed in futuris. Alij vero dicunt contingens esse in rebus, & hi multipliciter sunt diuersi. Aliqui namque dicunt ipsum esse in propositionibus aliquibus de futuro, & in alijs rebus nusquam: alijs vero in rebus alijs ponunt ipsum; & horum hi

E quidem in potentia tantum passim, illi autem tantummodo in actiuis; & isti causis efficientibus. At tantum: Illi vero in earum effectibus, dum actualiter tantum sunt: Alii autem dicant, quod illud tantum, & ideo est contingens ad utrumlibet, quod & quia Deus vult posse esse, & non esse. Motuum primæ opinionis est istud: Nullum ens essentialemente habet ad viramque partem contradictionis, ad esse scilicet & non esse, quia omne ens determinatur ad esse; sed omnne contingens ad utrumlibet, sicut contingens & qualiter, & qualiter se habet ad ista: Alter enim non est contingens ad utrumlibet & æqualiter. Vnde & Philosophus 1. Prior: capit. Philosophus de Contingenti, vocans illud contingens infinitum, sic ait; Infinitum autem eo quod non magis sic velillo modo. Hæc etiam videtur sententia eiusdem Philosophi 1. peri hermenias vlt, vbi in his quæ sunt, & quæ facta sunt, ponit necessitatem, quia determinatam veritatem;

in his

in his verò quæ erunt, contingentiam ad vtrumlibet, quia indeterminatam veritatem in singulis iuriis, ieiunis de futuro; quæ nostræ subiacent potestati, nec magis nata sunt fieri isto modo: quam illo: Vnde & ante illud cap. ultimum ita dicit: In his ergo quæ sunt; & quæ facta sunt, necesse affirmationem vel negationem veram vel falsam esse. Et infra cap. ultimum subiungit: Quare in alijs futuris, quæcunque secundum potentiam dicuntur huiusmodi; manifestum est, quoniam non omnia ex necessitate sunt, sed alia quidem vtrumlibet, nihil magis est affirmatio vel negatio vera; alio verò magis quidem in pluribus alterū; sed contingit fieri alterū, alterū vero minime: Igitur esse, quod est, quādo est, & non esse, quod non est, quādo nō est, necesse est. Et infra, dico autem, necesse est quidem futurum esse bellum navale cras, vel non esse futurum; sed non futurum esse cras navale bellum necesse est, vel non futurum esse; futurum autem esse, vel non esse, necesse est. Quare, quoniam similiter orationes vera sunt, quemadmodum & res manifestum est, quoniam quæcunque sic se habent, ut vtrumlibet sint, & contraria ipsorum contingere queant, necesse est similiter se habere ad contradictionem. B
Boetius. Vbi & Boetius ita dicit, Contingentia sunt, quæcunque; & ad esse & ad non esse æqualiter se habent: & infra; Hec quæ vtrumlibet vocamus, talia sunt, quæ cum nondum sint facta, & fieri possunt & non fieri. Istud autem motuum mouere non debet. Si enim contingens huiusmodi, quia est contingens æqualiter, ideo non est existens; eadem ratione non erit non existens, nec magis futurum quam præsens, nec etiam magis futurum quam non futurum: aliter enim non æqualiter se habret ad vtrumlibet partium, sed esset tantum sub una: quare oporterei ipsiū nec esse, nec non esse; nec esse futurū, nec non esse futurū: & ita de contradictioniis singulis; sed inter omnia contradictionia æqualiter mediat, quod contradictionia implicat evidenter: Hoc ergo motuum à veritate longius est remoratum. Et ipsamet opinio non est vera: contingens enim necessarium; & contingens in pluribus, & contingens in paucioribus opponuntur contingentia æqualiter; & si unum oppositorum est possibilis aut naturale, & reliquum, ut secundi fuit ostensum. Sed illa sunt possibilia & naturalia actualiter quæ existunt; quare & contingens æqualiter est possibile esse acta, immo & naturaliter est in actu. Secunda vero positio concedit esse tale contingens, propter autoritates plurimas hoc testantes, & non in rebus contra propositiones distinctis, propter motuum præmissum, ideoque tantum in propositionibus aliquibus, ut est dictum. Istud autem suum motuum fuerat iam amotum, ipsa quoque positio est erroris admota: Si enim contingens sit in propositionibus talibus, vel hoc est propter ipsam propositiones, quatenus essentialiter existunt res tales, & tunc est in rebus existentibus sicut in actu, & etiam eadem ratione, quæ contingens ponitur in his rebus, posset ponii in alijs rebus præsentibus, quod hinc negat: vel contingens ponitur in propositionibus talibus propter res significatas per eas, & tunc potius est ponenda in rebus illis, quam in propositionibus, dicente Philosopho 1. Post 2. Semper propter quod unumquodque, illud magis est: & in Prædicamentis cap. de substantiis; In eo quod res est, vel non est, in hoc oratio D vera vel falsa dicitur: & 1. per hermenias vlt. Similiter orationes vera sunt, quemadmodum & res & ratio docet idem. Nam contingens non ponitur in propositionibus talibus, nisi tanquam in signo, non essentialiter propter ipsas, sed propter res signatas; ergo in ipsis rebus signata primò & essentialiter est ponenda; & cum illæ res sint tantum futura, ista opinio ponit realiter ut præcedens. Tertia opinio præmissarum est ipsius Auctrois, super 2. phys. Arist. comment. 48. & est ratio sua talis; Contingentia æqualiter est in aliquibus potentijs, & non in actuis; ergo tantummodo in passibus. Et quod non sit in actuis potentiis sic ostendit; quoniam natura contingentis æqualiter est natura materiæ & non formæ; & quoniam aliter natura ageret oris: potentia enim ad esse, & ad non esse essent æquales in eodem per se: sed ratio sua fortissima, quæ potest elici ex dictis suis ibi & super 8. Phys. comment. 8. est ista, quoniam si contingentiæ æqualis ponatur in aliqua potentia actuiva, illa æqualiter se habet ad agendum & non agendum, & ad agendum unum oppositorum & reliquum; ergo neutrum faciet vel vtrumq; cur enim potius faceret hoc quam illud? Et hæc eidem videtur sententia Philo E sophi, infra eodem 8. 17. Sed hæc eorum ratio irrationalis est omnino; omnem enim destruit libertatem, seu potius à libertate destruitur, sicut 34. pars corollarii 1. primi clarissimè demonstravit, offendens quod posito agente rationali & libero cū omnibus dispositionibus naturaliter præviis, quibus producit suā libertātē. Actionē, non necessario sequitur quod producat, nec necessario sequitur, quod si aliquā actionē producat, ita producat, sed stat oppositum velut que: sic igitur perit simul tam opinio quam ratio opinantis. Quarta autem opinio state non potest. Nam in lapide quiescente est contingens æqualis, ut moueatur ad Orientem vel Occidentem, ad Boream, vel ad Austrum. His autem duabus, scilicet tercia & quarta distractis, quinta & sexta similiter destruantur. Opinio insuper septima mirabiliter

Cap. 4.

De Causa Dei.

A mirabiliter opinatur : ut enim à facilioribus inchoem ; Omne existens, determinate & necessario nunc existit ; & omne non ens, determinate & necessario nunc non existit : neutrum ego istorum indifferenter & qualiter ad vitrumlibet se habet ad esse, vel ad non esse ; quod tamen secundum præmissa videtur de ratione huius contingentis, quod & nomen suum videatur ostendere : nam ideo, vt videtur, contingens equaliter & ad vitrumlibet appellatur, alias etiam tam contingens in pluribus quam in paucioribus, contingens æquanter & ad vitrumlibet rationabiliter dici posset, contra Philolophum & omnes Philosophices sapientes. Eti opinans se corrigat, æqualiter seu ad vitrumlibet apponendo, dicendo videlicet illud & ideo esse contingens æqualiter seu ad vitrumlibet, quod & quia Deus vult posse sic esse & non esse, videtur dehinc idem per seipsum : tale insuper contingens non videtur posse portare res existens propter præmissam, nec res præterita, quare tantum futura ; Hæc ergo opinio reddit in primam B superius reprobatur. Item si propterea aliquid sit contingens, quia Deus vult illud posse esse & non esse ; simili ratione propterea aliquid est necessarium, quia Deus vult illud sic esse, & non posse non esse : Contrariorum namque debent esse contrariae rationes ; quod est contra prius ostensa, vice primo primi. Non enim quia Deus vult se esse, ideo necesse est ipsum esse, sed potius est contrari, & ita de aliis necessariis absolute. Aduic autem secundum præmissa vice primo, & vice primo primo videtur, quod Deum esse omnipotentem, & posse facere aliquid esse & non esse, est necessarium abscitur, & prius naturaliter quoquomodo voluntate diuina : non ergo, quia Deus vult aliquid posse esse & non esse, ideo causaliter ita potest, sed potius est contrario, iuxta præmissa eodem vice primo primi. Amplius autem illa Dei voluntate seu voluntas, quæ ponitur causa contingentie talis in rebus, vel est simpliciter & absolute necessaria, vel conungens : non necessaria absolute, quoniam cum per decimationem primi ipsa sit causa simpliciter efficax, & instruibilis omni modo, omnes eius effec C tus prouenirent necessario absolute. Quis enim nescit ex antecedente necessario absolute in consequentia necessaria absolute nihil consequi, nisi necessarij absolute, sicut & ex vero nihil consequitur nisi verum ? Sicque omnis effectus positus contingens ad vitrumlibet præfens vel futurum, esset & foret necessario & necessarius absolute. Si autem voluntas illa sit contingens, quæ causa illius contingentie ? Sialia talis voluntas, illa vel est necessaria vel contingentia sua causa ? Sicque vel procedet in voluntatibus talibus sine fine, vel stabit in aliqua voluntate seu voluntate diuina, quæ sit contingens ad vitrumlibet, non ea solummodo ratione, quia Deus vult illam esse taliter contingentem ; sed aliqua alia propria ratione ; sicut nec sola voluntas diuina est quare homo est animal rationale seu homo, sed sunt causæ aliae, materialis scilicet & formalis necessario concurrentes.

D

C A P. III

Quid sit contingens ad utrumlibet



E sequitur de necessitate quod agat, ut et quod sit. liberum
oppositum virtusque, sicut **primum** primi plenius manifeste; cuius & quam breuem demon-
strationem commemorare non piget: Supponit quo A. sit aliquod. actus rationalis & libe-
rum, accipio. **primum**. liberum. auctum eius qui sit B. & sit C. collectio omnium dispositionum
sufficientium & naturaliter praeviarum: Aut ergo posito C. necessario sequitur B. produci,
vel non: si sic, & non est in libera potestate A. C. ponit, nec aliquam eius partem, cum tacum
C. precedat, natu*r*a aliq*u*t B. & B. sit. **primum** liber auctus ipsius A. ergo nec B. est in ipsius A. li-
bera potestate, cuius oppositum diciebatur: si autem posito C. non necessario sequitur B. produci,
habetur incon*cl*us*u*o*n*. Nunc enim A. cu*m* C. producit B. & hoc non sequitur necessario: ergo oppositum
potest stare, quare & possibile quod A. ster*ile* C. non produc*to* B. & etiam producedeo. Quao*b*,
re, sicut iuxta predita, in isto cap*itu* regul*u* generali de necessitate naturaliter prae*c*ed*u* hui*s* premissa

proprie
partem
vtrumlibet
Stephani.

Definitio
contingentis
ad utrumlibet.
Contingens.

Stephani.

constat

mista, effectus proprius agentis irrationalis dicitur fieri ex necessitate naturaliter praecedente, A naturaliter praedeterminata ad alteram partem tantum : sic actus proprius agentis rationalis & liberi || recte dicitur fieri seu produci ex libertate naturaliter praecedente, naturaliter in prae-determinata ad alteram partem, sed ad utrumlibet æqualiter se habere : & sicut ille dicitur contingens necessarium respectu sua cause totalis, sic ita dicitur contingens liberum ad utrumlibet & æqualiter respectu sua cause totalis. Quod & pater per Stephanum Parisiensem Episcopum damnantem quandam articulum erroneum sic dicentem ; Voluntate existente in tali dispositione in qua nata est moueri, & mouente sic dispositio quod natum est sic mouere, impossibile est voluntatem non velle; & iterum alium sic ponentem, Scientia contradictionum solum est causa quare anima rationalis potest in opposita, & quod potentia simpliciter una non potest in opposita nisi per accidens, & ratione alterius. Et ad hoc idem faciunt alii articuli ab eodem damnati, tertio secundi plenius recitati. Quare videtur mihi, quod contingens æqualiter per se & primo acceptum potest sic congrue definiiri, quod est actus agentis liberi per se & primus, quo posito cum omnibus dispositionibus naturaliter præuijs cum quibus illum producit, non necessario sequitur ipsum produci, sed utrumlibet partium potest stare æqualiter. Porro contingens æqualiter accipitur multis modis; sed iuxta præhabita, 2. secundi, per se & primo accipitur uno modo tantum, & ad illum primum omnes alii velut attributales & accessorij reducuntur, & ille est modus eius praedictus; Nam contingens æqualiter cum sit, per se & primo est causa vel effectus, sed non causa : Omne enim tale contingens contingit esse ab aliquo alio: nam si esset per se & a se solo, non diceretur contingere illo modo. Quis enim dixerit, quod Deus est sic contingens, & sic contingere Deum esse? Causa autem per te & primo non est sic contingens. Nam causa qua est ab alio, non est ab alio in quantum causa, sed in quantum causatum. Etiam si causa per se & primo est sic contingens ab alio, tunc per ostensa secundo primi, omnis causa sic esset, & per consequens prima causa: C Contingens ergo æqualiter per se & primo est causatum, effectus seu actus, vt dicit definitio iam præmissa, & agentis liberi, quia non agentis irrationalis, sicut præcedentia docuerunt; & est effectus seu actus eius per se, scilicet secundum quod est agens liberum: multos enim effectus non libere, sed necessariò efficit, quorum quilibet est contingens necessarium respectu sua cause totalis, sicut præhabita manifestant; Et est effectus seu actus eius primus, scilicet actio immanans, vt velle vel nolle, non effectus eius extrinsecus & secundus, scilicet operatio transiens, sive exterior. Nam talis effectus secundus, posito primo eius actu, a quo procedit ille secundus, pura velle & nolle, de necessitate naturaliter præcedente producitur, sicut secundum huius docebat: Quare ipse est contingens necessarium respectu sua cause totalis, non autem simpliciter contingens æqualiter. Iste tamen effectus secundus quodammodo denominative & tropice potest dici contingens æqualiter, quia est actio derivata ab agente, seu actione per se & primo agente, seu contingente æqualiter: & sic loquitur Philosophus 1. Prior: Dicendo, Contingit ad utrumlibet hominem currere vel sedere. Quod autem posito agente libero cum omnibus dispositionibus cum quibus produci liberum actum suum, non necessario sequitur ipsum produci, patet ex præmissis hoc codem capitulo; Vnde & consequitur manifeste, quod utrumlibet partium æqualiter potest stare, & hunc arbitrio intellectum dicendum contingens ad utrumlibet æqualiter se habere ad esse, & ad non esse, scilicet in consecutione respectu sua cause totalis; & similiter Philosophi. 1. Prior: dicentis, Infinitum autem eo quod nihil magis sic vel illo modo sicut capitulum proximum allegavit. Posita enim causa tali activa totali, nihil magis necessario sequitur sic vel illo modo, scilicet effectum produci quam non produci. Iuxta transumptionem insuper supradictam, Contingens æqualiter reperitur in potentijs actu agentibus, non quia illæ sunt contingentes æqualiter, sed quia contingit æqualiter illas agere & non agere, cum fuerint dispositio modo dicto. Reperitur quoque in potentijs non actu agentibus sed actiuis, propter similem causam huic; reperitur similiter in potentijs actu patientibus, & passibus de se & que dispositio ad contrarias passiones, quia contingit æqualiter lapidem moueri ad hanc partem vel ad illam; reperitur in rebus presentibus, sicut ei præhabitis satis patet, & similiter in futuris, eo quod à causis huiusmodi producentur; in rebus etiam possibilibus non futuris, eo quod possunt à causis huiusmodi provenire. Nec solum reperitur in rebus, sed in priuationibus ipsorum; in priuationibus scilicet huiusmodi effectuum liberorum, eo quod illæ & sui habitus æqualiter possunt contingere, vt est dictum. Reperitur quoque in propositionibus de praesenti & de future, sanguinibus signis. Omnes autem hi modi transumptionum praedicti cum suis causis, & ordine ipsorum ad inuicem possunt plane patere per Philosophum Grammaticum, & Rhetorem, &c. Secundi plenius allegata.

COROLLARIUM.

Corollarium, quia sit libertas contradictionis, & quis sit actus liber libertate contradictionis.

Vnde cognoscitur manifestè quid sit libertas contradictionis, & quid sit actus liber libertate contradictionis. Est n. libertas contradictionis libera potestas activa, qua posita cum omnibus dispositionibus necessariis ad agendum, libere potest agere & non agere, nec sequitur de necessitate quod agat, sed & hæc & altera pars contradictionis æqualiter potest stare. Itud per præhabita satis patet. Dicunque Philosophus 9. Met. 18. hæc verba; Potentia vero alia, ex quibus definitum est, omnes contradictionis sunt. Nam possibile sic mouere potest, & non sic, quicunque secundum rationem: Irrationales vero per adesse & non considerantur, & rationes erunt eodem. Vult ergo Philosophus dicere, quod quicunque potentia secundum rationem agentes, sunt contradictionis per se & primo; ita scilicet quod cum fuerint in dispositione, in qua possunt libere agere, possunt & libere non agere, sicut & supra decimo docebatur, ut erat superius allegatum; & quod irrationales potentiae sunt contradictionis tantum per accidentis & non primo, scilicet per adesse & non adesse actus passus; quoniam cum assunt & possunt, neesse est has agere, illas pati, ut ipsaem testatur supra decimo, sicut superius erat tactum. Vnde & translatio, quam Commentator exponit, sic habet; Aliæ vero potentiae, ex quibus aguntur, omnes sunt contradictioniorum. Illud enim quod habet potentiam mouere hoc, etiam omnia quæ habent verbum; illa autem quæ non habent verbum, non erunt contradictioniorum, cum sint praesentes primo. Quare & Stephanus Parisiensis Episcopus iuste damnauit quendam articulum erroneum, assertentem quod post conclusionem factam de aliquo faciendo voluntas non manet libera, & quodammodo alios similes tertio secundi expressius recitatos. Actus vero liber libertate contradictionis, est actus proprius libertatis contradictionis, libere scilicet potentie actiæ, qua posita cum omnibus dispositionibus naturaliter præuis actiæ, libere potest produci vel non produci, id est, non necessario sequitur actum produci. Sed & hæc, & altera pars contradictionis æqualiter potest stare, quod intellectis præmissis, reputo manifestum.

CAP. V.

Quasi Corollarie ex præmissis 13. partes infert.

Prima est, quod propositiones de contingentiæ æqualiter conuertuntur per oppositas qualitates.

Secunda, quod aliqua consequentia bona non est necessaria simpliciter, neque ut nunc, sed contingens æqualiter.

Tertia, quod aliqua causa indeterminata, scilicet non predeterminata ad agendum agit.

Quarta, quod omnis & solus actus liber libertate contradictionis est contingens æqualiter.

Quinta, quod omne & solus contingens æqualiter est actus liber libertate contradictionis.

Sexta, quod contingencia ad utrumlibet & necessitas non repugnant,

7 Septima, quod contingencia dicitur propriè respectu praesentis.

8 Octaua, quod libertas dicitur propriè respectu praesentis.

9 Nona, quod nullus actus creature est simpliciter contingens equaliter, sed tantum in determinato genere, pulchro respectu causarum inferiorum.

10 Decima, quod nullus actus creature est liber simpliciter libertate contradictionis, sed secundum quid tantum, scilicet respectu causarum omnium secundarum.

11 Undecima, quod solus actus voluntatis Divina ad extra est simpliciter contingens aequaliter.

12 Duodecima, quod solus actus voluntatis diuina ad extra est liber simpliciter libertate contradictionis.

13 Decimatercia, quod prima & summa libertas contradictionis similis quoque contingencia ad utrumlibet est in voluntate divina; & quod haec sunt causa & causa libertatis & contingencia in aliis coniuerfis.

Probatio
prima

II huius

Primum sequitur ex praemissis capitulo proximo manifestè. Nam secundum ibi ostensa, Quicquid contingit aequaliter fieri, vel eis ex causa quacunque, stante illa causa, totali cum omnibus suis dispositionibus naturaliter præuis, potest & contingere aequaliter non fieri, & non esse, & è contra similiter, & hunc reor intellectum Philosophi i. Prior: vbi propositionum de contingenti "huiusmodi" conuersationem hanc docet. Secundum similiiter sequitur: Nam secundum supetus allegata, in prædicamentis & i. peri hermenias, In eo quod res est, vel non est, in hoc oratio vera vel falsa dicitur; & similiiter orationes veræ sunt quemadmodum & rēs, & realiter nunc de facto ex ista causa libera cum iis dispositionibus, quas nunc habet, naturaliter antecedentibus istum actum liberum, realiter producit & consequitur iste actus, non autem necessario antecedente, nec simpliciter, nec vt nunc, vt patet per definitionem contingentis aequaliter capitulo proximo positam, cum regula generali de necessitate naturaliter præcedente secundo huius ostensa; sed tantum contingenter aequaliter: quare & in oratione similiiter consequetur. Ista causa sic ponitur; ergo iste effectus producitur, est nunc bona non tamen necessaria vel modo necessitate naturaliter præcedere, sed tantum contingens aequaliter. Hanc etiam consequentiam contingentem aequaliter satis ostendunt quotidianæ dictæ & facta. Nam apud omnes homines, gentes, & linguae communiter dicitur. Si tu feceris hoc vel illud, & ego faciam hoc vel illud; & si iste Rex vel populus fecerit istud illi, & ille reficiet istud isti: sic dicunt & sic faciunt consequenter. Multas quoque tales consequentias in sacris literis repertius: unde Gen. 13 dixit Abraham ad Lot, Si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo, si tu dextram elegaris, ego ad sinistram pergam. Et Matt. 13. Vt tibi Corazin, vt tibi Bethsaida; quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes que factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent: alia quoque tales conditionales non paucæ ponuntur creberrime in scriptura, quarum tamen nulla est necessaria quoismodo, sed tantum contingens aequaliter, sicut res ipsa. Item ab uniusfali ad suam singularem est consequentia bona vt nunc, quia vt nunc consequens intelligitur & importatur in antecedente. Posito ergo, quod quilibet homo erat contingenter volitus sedere sit A, & quod iste homo sit eis contingenter volitus sedere, tunc consequentia ista est hinc dicitur: Omnis homo eis contingenter volitus sedere est A; ergo iste est A, & tamen non est necessaria quoismodo, sed tantum contingens aequaliter, vt est dictum: Contingit enim aequaliter ipsum prout nunc contineri sub subiecto vniuersalis illius. Tertium etiam sequitur manifestè: Omnis enim determinatio causa actus ad agendum prædicti naturaliter actionem ad quam determinat: sed per præmissa capitulo proximo possibile est quod

A quoddamqua causa liberè activa & equaliter omnino se habeat quantum ad omnes dispositiones naturaliter præbias actui libero, & equaliter contingenti tempore quietis & tempore actionis. Neque effectus posterior determinat suum efficiens ad agendum propter causam prædictam. Idem patet per Stephano Episcopum Parisiensem condemnantem quandam articulatum errorem sic ponentem, quod nullum agens est ad utrumlibet, immo determinatur. Item nisi sic esset, nulla causa ageret, nisi esset prius determinata tali-determinatione, quia posita, necessario sequeretur effectus, & sic nullus effectus liber, sicut capitulum proximum demonstravit. Quare & alius quidam articulus fuit condemnatus Parilijs ab eodem Stephano, qui sic dixit. Quod de sua natura non est determinatum ad esse vel non esse, non determinatur nisi per aliquid quod est necessarium respectu sui. Quartum vero exdefinitionibus actusliberi libertate contradictionis & contingentis & qualiter concluditur evidenter. Et quintum similiiter sequitur ex eisdem. B Sexum statim inferitur, quoniam per prætesta isto capitulo, & proximo, & tertio, contingens ad utrumlibet est aliqua res existens & per Philosopham i. peri hermenias vt. Esse quod est, quando est, necesse est. Verum vt istud elucidatius declaretur, patrum aliquis ordinandum. Scindamus igitur secundum proximo huius præmissa, quod contingens dupliciter per potest sumi: uno modo, per se propriè & in primo gradu contingencia, cuiusmodi est actus primus & immanens agentis rationalis & liberi contradictionis, puta velle: & talis contingencia & sequens necessitas non repugnat, sicut iam era ostentum. Alio autem modo potest sumi contingens per accidens quodammodo, sive per aliud secundariò denominatiū, & in secundo gradu, qualis est actus transiens & extrinsecus prædicti agentis descendens à primo, puta mouere manum, baculum, & percutere: vbi & secundum propinquitatem & remotiorem possent assignari vltius plures modi; qui ideo dicitur contingens aequaliter, quia à contingente huiusmodi derivatur. Talis autem effectus est necessarius respectu sua causa tota, sicut proximum huius docet, & contingens similiiter modo dicto: unde & evidenter apparet, quod contingens sic accepta, & antecedens necessitas non repugnat. Ex quo & vltius clare colligitur, quod unus talis effectus exterior in secundo gradu contingens potest dici respectu vnius & eiusdem causæ sua, puta velle, necessariū præcedente, & etiam denominatiū, seu tranumptiū quodammodo necessitate sequente, quia videbitur causa sua, scilicet illud velle, est necessaria illo modo. Quapropter & ille idem effectus respectu vnius & eiusdem causæ sua potest dici similiiter necessarius & contingens, immo necessarius necessitate naturaliter præcedente, & contingens similiiter modo dicto: quæ omnia ex præmissis 26. secundi possunt lucidius apparere. Septimum consequitur isto modo: Contingens aequaliter, sicut tertium huius ostendit, est aliqua res existens, & sicut capitulum proximum ostendebat, Contingens aequaliter, per se primum propriè acceptum est actus causa actusliber præsentialiterque agentis. Dicit etiam Iohannes Scorus super 1. sentent. dist. 39. Non modo est contingens causa, quia præexistebat ante istud instans in quo causat, & tunc vi præexistens potuit causare vel non causare; quia sicut hoc ens, quando est, est necessarium vel contingens, ita causa quando causat, tunc causat necessariū vel contingenter: ex quo igitur in isto instanti voluntas causat hoc velle, & non necessariū, ideo contingenter. Qui & super dist. 2. eiusdem sic dicit, Voco contingenter causatum, cuius oppositum posset fieri quando illud fit: quare & Stephanus Parisiensis Episcopus damnavit articulum afferentem quod nullum agens est ad utrumlibet, immo determinatur. Octavum demonstratur ex septimo iuncto

D quarto: patet etiam demonstrari ex definitionibus libertatis contradictionis & liberi actus sui, quas corollarium proximi ostendebat. Item necessitas & libertas quodammodo opponuntur; ergo si habent fieri circa idem subiectum & reimp: sed necessitas dicitur propriè respectu præsentis, vt patet per definitionem illam seu regulam de necessitate naturaliter præcedente secundo huius præmissam. Item secundum allegata secundo huius. Omne quod est quando est, necesse est esse, & omne quod non est, necesse est non esse, nec prius non fuerit necesse nunc sic esse, vel non esse; nec nunc si necesse posse fore vel non fore; ergo necessitas maximè dicitur respectu præsentis. Item nihil propriè dicitur necesse esse, quia prius non potuit, vel nunc non potest, vel in futurum non poterit non esse; sed propriè aliquid positum, scilicet propriè vehementiam essendi, iuxta septima pars i. primi docet. Item igitur in primo instanti sui esse, si totus subito crearetur, de necessitate luceret; si illuminatio sit subita, sicut ponitur à quibusdam, & non propriè aliquid eius quod præcessit tempore, vel etiam sequeretur, sed propter hoc tantum, quia est actuum irrationale, quod de necessitate nature agit cum potest. Item Deus de necessitate est, gignit filium, arce intellexit, non tamen propter quæcumque respectum ad tempus præteritum vel futurum, sed propriè

propriè in suo semper præsenti eterno, sicut & fecerat ante tempus: necessitas ergo propriè A dicitur respectu præsens, quare & libertas. Item actuum liberum in aliquo instanti creatum cum omnibus requisitis necessarii ad volendum potest liberè pro tunc velle: nihil enim sibi deficitur non possum, & quia Christus secundum animam ita fecit, quia in merito nea proficit, sicut tertio secundi premissa suadet, & quia actuūm irrationalē sic potest, sicut superius est argutum; & propter hanc rationem tenet Iohannes Scotusⁱⁱ eandem conclusionem super i. sentent. dist. 3. 9. vbi prius; qui distinguendo multipliciter libertatem sic ait: Est & alia libertas non ita manifesta adique omni successione: ponendo enim voluntatem creatam tantum habere esse in uno instanti, & quod ipsa in illo instanti habeat volutionem, non necessariò tunc habet eam. Probatio: Si enim in illo instanti: habetur eam necessario, cum non sit causa nisi in illo instanti quando causar eam simpliciter, voluntas quando causaret, necessariè cauferet. Item voluntas antiqua, que diu vacavit, potest in aliquo instanti primo liberè producere liberum actum suum, sicut videtur quod beata virgo primò consentire in illo instanti quo B verbum caro factum est, & habitavit in ea: quare si in eodem instanti fuisse creatum cum omnibus dispositionibus naturaliter prævijs coefficientibus illum actuūm, in eodem instanti ipsum similiter libere produxisse. Item aliter voluntas diceretur nunc libere velle, quia prius tempore potuit libere pro nunc velle vel non velle. Sed istud non est verum: ipsam namque prius potuisse nunc velle, vel est aliquid vel nihil: si nihil, nihilum inde venit, nullius est causa, nullius libertatis, nec alicuius penitus veritatis. Si si aliquid, ergo talis causa quare actus dicitur, & est liber præsentialiter est existens. Item si tempus præteritum necessariò requiritur, vel hoc est propter ipsum tempus tantummodo, vel propter aliquid quod deficit vel resulit afferendum in tempore, & etiam auferendum. Non primo modo, quia tempus præteritum nihil est omnino, & etiam quia omne tempus per se non plus facit ad velle quam ad nolle, nec ad libertatem in agentibus libere, quam ad necessitatem in actionibus aliorum: nec secundo modo, habeantur etenim in instanti omnia & sola necessariò requiri. Item si C tempus præteritum necessariò præsupponatur ad liberam actionem, ipsum est aliqua causa illius, ut quanto primi est ostensum; quod falsum est, sicut inducitur plene docet: item tempus præteritum nihil est penitus; ergo penitus nihil causa. Item & si tempus non esset, nec unquam fuisse, posset Deus & Angelus libere velle & nolle. Item aliter Deus non libere creavit celum & terram: non enim prius fuit tempus in quo potuit creare vel non creare, nec aternaliter libere volevit sic creare propter defectum temporis præcedentis, temporis inquam veri & possibilis seu imaginabilis. Tempus etenim nullo modo potuit temporaliter præcessisse illam volutionem Dei aeternam, quoniam & si tempus fuisse coeternum cum Deo, adhuc nullo modo illam temporaliter præcessisset. Item si non, hoc maxime videretur, quia necessitas, que ex presentia rei descendit, repugnaret simpliciter libertati, cuius oppositū corollariū primi huius ostendit. Nonum, quantum ad primā sui partē consequitur evidenter: si enim aliquis actus creature esset simpliciter contingens & qualiter, hoc maxime videretur de acto libero rationalis & liberae creature, sicut docent præhabita capitulo præcedenti; sed omnis actus liber illius præcepsit ex necessitate naturaliter præcedente, & est necessarius illo modo, sicut secundum huius ostendit: ergo per definitionē contingens & qualiter capitulo proximo declarat, nullus actus liber creature est simpliciter contingens & qualiter, quin sit necessarius respectu voluntatis diuinæ ipsum naturaliter præviolentis. Hoc idem apparet per Stephanum Parisiensem Episcopū condemnantē quendam errorem dicentē, quod ad hoc, quod effectus omnes sunt necessarii respectu cause primæ, non sufficit quod ipsa causa prima non sit impeditibilis, sed exiguit quod causa media non sint impeditibiles; & ipsa causa prima non est impeditibilis, sicut decimum primi docet. Et quod omnis talis actus sit contingens & qualiter in determinato genere, puta, in genere inferiorum causarum, patet per eadem cum tertio secundi. Postus hancque omnibus causis inferioribus agitur autem prævijs & productiōibus tam actum, non necessario sequitur ipsum produci, sed & oppositum & qualiter potest stare. Quare & Philosophi, qui causas ut plurimum considerant naturales, dicunt simpliciter, contingit ad vitrum libet sive & qualiter facere hoc vel illud, & intelligent hoc sic, contingere respectu harum causarum. Quare & ad communem modum loquendi, contingens ad vitrum libet sive & qualiter, licet proferatur simpliciter, accipitur & significatur isto modo: Vnde & quidam dicunt quod contingens, libertas, possibilis, impossibilis & necessitas dicuntur tantum respectu causarum inferiorum, & non respectu superiorum omnino. Quare & Stephanus Parisiensis damnans articulum affirmante, quod illud quod impossibile est simpliciter a Deo non potest fieri, vel agente alio; sic adiungit, Error si intelligatur de impossibili secundū naturā. Impossibile igitur secundū naturā, puta, secundū causas inferiorēs consuetus dicitur impossibile

Gitur ut huius questionis perplexitas absolutius & brevius enodetur, secundum quod potestas ad propositum duplice potest sumi: pro potestate activa scilicet & passiva, sicut capitulum proximum distinguerebat: illud autem quod nullo modo possumus agere, sed tantum pati, non dicitur esse in potestate nostra, sicut cap. proximum ostendebat, sed ad communem modum loquendi vulgarium, & Autorum, solum illud dicitur esse in potestate nostra, quod est in potestate nostra activa, & hoc non quacunque, sed tantummodo contradictionis, sicut loquitur Philosophus 9. Metaphys. 18. in corollario 4. huius plenius recitatus: quare omne illud & solum illud dicitur esse in potestate nostra, quod est in nostra libera potestate, libera inquam, consimili libertate, scilicet contradictionis, ut idem corollarium definit. Quamobrem per partem 10. quinti huic, nullus actus noster est simpliciter in nostra libera potestate activa, sicut ex capitulum proximum fatis probat, sed secundum quid tantum, scilicet respectu causarum omnium secundarum: Quare tam vulgaris quādī dōcti, qui ut plurimum causas naturales & secundas considerant, dicunt simpliciter in potestate nostra constitui hoc vel illud, & intelligunt respectu harum causarum: quare ad communem modum loquendi, in potestate nostra constitui, licet proferatur simpliciter, accipitur tamen & significat dicto modo, sicut & dictum est de contingentī æqualiter quinto huius. Quod tamen, scilicet esse in potestate nostra, secundum visitationem modum loquendi potest intelligibilis definiri, dicendo quod illud est in potestate nostra, quod, cum volumus, facimus, & cum nolimus nequaquam. Vnde & B. Augustinus de Sp. & lit. 26. magna disputatione præmissa, cuius definitio Augustinus: sive quid nominis exprimendo, sic ait: Hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adiacet facultas faciendi: vnde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit; si non vult, non facit: & 3. de libero arbitrio 3. Non possum aliud sentire esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus, facimus: & 5. de ciuit. Dei 10. ostendens multa esse in potestate nostra, sic ait: Multa enim facimus, quæ si nollemus, non vlt; faceremus, quo primitus pertinet ipsum velle: nam si volumus est, si nolamus non est; non enim vellemus si nollemus. Nihil ergo est in potestate nostra nisi secundum quid tantummodo, scilicet subiectua, subexcitativa, & subseruientia necessario, necessitate scilicet naturaliter præcedente respectu voluntatis diuina; quod ideo in nostra dicitur potestate, quia cum volumus, illud facimus voluntarij, non inuiti. Simpliciter autem & penitus absolute, antecedenter & sufficienter, sine indigentia scilicet aliquid, quod nostra potestat seu voluntati non subiaceat, nihil omnino in nostra verè dicitur potestate: sicut rationes & autoritates quæ videntur contraria, in uicem concordantur. Nullus ergo hominū indigetur, eris nihil habeat absolute simpliciter in propria potestate, sed potestatibus sublimioribus subditus sit. Sufficiat enim cuilibet homini habere quæ debet in sua quoddammodo potestate; ut scilicet superiori potestati diuina in omnibus sit subiectus, & in inferiori praefectus; ut scilicet habeat potestatē mediā inter potestates extremas, sicut illi Angelici spiritus, qui in quodam ordine medio constituti, Potestates dicuntur, qui tamen potestati diuina subdantur: sicut & summi Reges & Principes, qui potestatem habent in subditos, & ipsi sunt subditi Regi Regum, illi scilicet, qui in vestimento & femore suo habet scripturam, Rex Regū, & Dominus dominantiū, Apoc. 19. Ac sicut alij homines mediij, pura Duxes, & Comites, Barones & Satrapæ, ac præpositi carceri qui in quibusdam civitatibus Potestates vulgariter inuocantur, qui sic potestatē exercent in subditos, ut ipsimet ratem potestatē: ibus sublimioribus sicut subiecti, quod ille Centuriō recte sensit, cum dixit, Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, Mat. 8. sicut & 28. 2. commemorat. Vnde & Augustinus de correptione & gratia 6. dicit sic: Velle seu nolle in volentibus aut nolentibus est potestatē, ut dinam voluntatem impletat, nec superet potestatē. Et i. Retract. 22. sic ait, Nisi quisquam, inquam, voluntatem mutauerit, bonum operari non potest; quod in nostra potestate positum esse docet, ubi ait, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonū, aut facite arbore malam, & fructum eius malum; quod non est contra gratiam Dei quam prædicamus: in potestate est quippe hominis mutare in melius voluntatem; sed ea potestas nulla est nisi à Deo datur; de quo

LII 2

Augustinus

Ieremias.
Tobias.
Lucas.
Apollonius.
Cyprianus.

Augustinus.

II homo

Boetius.

Augustinus.

Psalmus.
II erit
Apollonius
tunc

quo dictum est. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus facimus, nihil tam in potestate quam ipsa voluntas: sed preparatur voluntas a Domino, et modo ergo dat potestatem. Et supra 10. Quod vero dixi, Dei praecepit implere omnes homines possint si velint, non existunt noui haeretici Pelagiani secundum eos esse dictum: verum est enim omnino, omnes homines hoc posse si velint, sed preparatur voluntas a Domino, & tantum augetur munere charitatis ut velint. Et secundum hanc expositionem debent autoritates Augustini & aliorum intelligi, qua dicunt absolute aliquid in nostra constitui potestate; autoritates vero alię aliorum dicentes similiter absolute nihil in nostra constitui potestate secundum distinctionem praemissam superius exponentur; cuiusmodi sunt. Non est hominis via eius, nec virtus ut ambulet, Ierem. 10. Non est in hominis potestate consilium tuum, Tobiae 3. nec quod minimum est potestis, Luc. 12. Non volentes nec currentis, sed misericordia est Dei, ad Rom. 9. Illud quoque Doctoris Catholici & beatissimi Martyris Cypriani epistola sua 13. praetulata ad Quirinum de disciplina religionis Christiana cap. 4. In nullo nobis gloriam, quando nostrum nihil sit, quod est quasi titulus & continentia illius totius capituli, quod & multipliciter ibi probat. Quam autoritatem beatius Augustinus deuotè amplectitur, & allegat de correptione & gratia 19. de praedestinatione sanctorum 3. & alijs locis maliis, cuiusmodi plurimas alias capitulum proximum recitat. Ex his autem redditur manifestum qualiter homo est & non est Dominus sui actus, & qualiter est & non est liberi arbitrij consequenter, quoniam correspondentem praemissa. Nam sicut actus hominis constitutus & non constitutus in eius potestate, sic est & non est Dominus illius, & sic est & non est liberi arbitrij consequenter, quod patet cuiuscum ex significacionibus terminorum. Nullus enim, ut spero, tam superbum dominum sibi vindicare presumet, ut illum superiorum Dominum non agnoscat, qui in vestimento & in femore suo habet scriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium, Apoc. 19. sed dicat, Volumus hunc regnare super nos: quod quicunque presumserit, per 30. secundi diuino dominio subiugetur. Nullus ergo ^{II} hominum est Dominus sui actus omnino simpliciter & penitus absolute, summe, antecedenter & sufficienter sine indigencia scilicet alicuius, quod sua potestati siue dominio non sit subiectum, sed tantum secundum quid. scilicet respectu causarum omnium secundarum subseruens necessariò causa primæ, & hoc necessitate naturaliter præcedente, sicut secundum huius ostendit; sive dicitur Dominus sui actus, quia cum vult, agit, & cum non vult, non agit, & hoc voluntarie, non inuitè nec coactè. Nec hoc ferat indigne: sufficiat enim sibi ut sit Dominus medius, sicut & illi sancti Angelici spiritus in quadam medio ordine constituti qui dominationes dicuntur, sicut summi Reges nostri & Principes, qui ita sunt Domini, ut tamen seruant Dominum Dominorum; sicut & Duxes ac Comites, qui ita sunt Domini subditorum, ut tamen superioribus Dominis seruant & subdantur, sicut & 28. secundi confirmat. Vnde Boetius super 1. peri hermenias vlt. Nostra voluntas domina quodammodo est nostrorum actuum, & totius vita rationis: quodammodo, inquit, non penitus absolute. D

Et Augustinus 144. scientiarum Prospeti, Rationalis, inquit, anima est domus corporis sui, quia inferiori non bene imperabit, nisi superiori se Deo tota charitatis subiectione seruerit. Idem de vera religione 25. Tales seruos suos meliores esse Deus indicauit, si ei seruirent liberaliter. Dicamus igitur deuotè cum Ecclesia tota Dei, Domine, in voluntate tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tua: tu enim fecisti celum & terram, & valueras quæ coeli ambitu contingatur, Dominus viuensorum tu es, ergo ipse est Dominus cuiuslibet actus humani, & non in æquali ordine cum ipso homine, ut iura vetant, & rati prohibet, sicut per ostensionem corollarij secundi primi, & per 20. secundi apparet; nec homo est superior Dominus per 30. secundi, sed Deus: nec quisquam, quælo, tantum sibi vendicet libertatem, ut etiam Dei refugiat seruitutem, dicendo cum impijs, Quis est omnipotens ut seruamus ei: Iob. 21. Dicit enim Propheta, Ordinatione tua perseverat dies, quotidianam omnia seruunt tibi, Psalm. 11. 8. & Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea: Ezech. 12. Veruntamen Deo subiecta est anima mea. Et Apostolus ad Rom. 3. Omne os obstruunt, & subditus fiat omnis mundus Deo. Vnde & Esaïe 45. In memetipso iurauit, dicit Dominus, egredieris de ore meo iustitia verbum, & non reuertetur, quia ^{*} mihi curuabit omne genus: quare & Ecclesiasticus 42. sic scribitur: In omni necessitate omnia obaudirent ei. Caveant sibi tales, ne dum liberius iustitia volunt esse, sicut serui peccati. Dicit quoq; beatus Augustinus de spiritu & litera 25. Ut quid miferi homines de libero arbitrio audent superbiere antequam liberentur, aut de suis viribus si iam liberati sunt, nec attendunt in ipso nomine liberis arbitrij utique libertatem sonare? Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus, hinc & seruus est addicetus. Si

autem

A si eum liberari lunt, quid se iactant velut de opere proprio, & gloriatur quasi non accepterit? An ita sunt liberi, ut nec illum velint habere Dominum, qui eis dicit, Sine me nihil potestis facere? Idem de libertate arbitrij ad Hilar. 3. Desinat, inquit, Pelagiani sic insinare, & ad hoc se intelligent: habere quantum possit liberum arbitrium, ut non superba voluntate respuant adiutorium, sed ut pia voluntate innocentem Dominum. Hec enim voluntas libera tanto erit liberior, quanto diuina misericordia grata; subtilior. In qua propter fideliter orat & dicit, Itinera mea dirigere secundum verbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniurias. Itē Prosp. cont. Calian. 8. Prosp. Non est periculum liberi arbitrij gratia Dei, nec voluntas auferitur, cum in ipsa bene velle generatur. Nam si ideo non pura est libera, quia formatur, regitur, ordinatur, imbutitur, spoliatur libertate filii Dei qui aguntur spiritu Dei. Et infra 24. Non conturbat, inquit, nos superbientium iniqua querimonia, quilibet arb. causat auxilium, si & principia, & protestus, & peccauerant in bonis vsq; in fiuem Dei dona eis dicantur, quoniam oportiones diuinae gratiae stabilitamenta sunt voluntatis humanæ, volentes oramus, & tamen miseri spiritum in corda nostra clamantem Abba Pater; volentes loquimur, & tamen si pius est quod loquitur, non sumus nos loquentes, sed spiritus Patris nostri qui loquitur in nobis; volentes operari salutem nostram, & tamen id ipsum velle ac operari Deus est qui operatur in nobis. Et in fine, ubi Prosp. 13. hæres Pelag. summarie recitantur, & totidem sanctiones catholicæ contra eas, hæc locantur 112. Non est lib. arb. si Dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate haberet vniuersaliter quicquid aut non facere: & hæc 112. sanctio contra illam fateur esse liberum arbitrium, eis diuino indigeret adiutorio. Idemq; in sentent. suis, proposit. 124. dicit, Libera semper est seruitus apud Deum, cui non necessitas seruit, sed charitas. Nullus igitur omnium est arbitrij liberi simpliciter, arbitrij simpliciter liberi, ab omni scilicet superiori seruitus immunitis omnino & ab omninecessitate naturaliter præcedente penitus alienus, sicut 10^a pars quinti huius ostendit, sed secundum quid tantum scilicet respectu causarum omnium secundarum, sicut eadē pars 10^a & 3^a secundi docebant, subseruens tamen necessariò cause prime, necessariò inquaneccitate naturaliter præcedente, sicut secundum huius ostendit. Sicq; dicitur homo liber ad aliquid faciendū, quia cum vult, facit illud, & cum nos vult, non facit, voluntarie, non coactus aut induitus. Philexophilus. Vnde Philos. 6. Polit. 1. Vt vult, inquit, ut vult quis, hoc opus libertatis esse aiunt; si quidem seruit, sed charitas; Non necessitas, inquit, cogens scilicet violenter, sed charitas, scilicet amor spontanei voluntatis, sicut & cor. 1. primi huius ostendit. Nec quisquam recalcitrauit murmurando; sufficiere namque debet cuiuslibet homini talis libertas, qualis habuit, habet, & semper habebit Dominus suus Christus, qui Patri in omnibus est subiectus, ac necessitate naturaliter præcedenti, ut 30^a secundi, & secundum huius ostendit. Dicit enim Apost. 1. ad Cor. 1. 3. Cum Apostolus. autem subiecta fuerint illi, scilicet Christo filio Dei, omnia, tunc ipse filius subiectus erit Patri, qui sibi subiect omnia. Qui & dicitur seruus Patri: Vnde Esa. 42. Ecce seruus meus, suscipiat qui sibi subiect omnia: Complacuit igitur in illo anima mea: Dedi spiritum meum super eum, iuxta eum electus meus: Dicit enim Propheta, Et infra 53. Dominus voluit conterere eum in infirmitate, & voluntate genibus proferre. Et in fine 53. Dominus voluit conterere eum in infirmitate, & voluntate, ut nihil preter voluntatem eius queat velle. Sufficiat homini, quod sit liber, sicut Reges & Principes, quia sunt liberi, ut tamen diuinæ prouidentie seruitur etiam in omnibus factis suis, E sic ut 27^a primi & seq. docuerunt. Sufficiat homini, quod sit liber respectu omnium citra ut Deum, & tantummodo seruus Dei, seruus inquam spontaneus, non coactus; cui si seruire sicut canit Ecclesia, est regnare, cum plurimi homines dicuntur, & vere sint liberi, qui nemum vult, sed multis superioribus Dominis, seruunt & subdantur. Vnde Aug. 2. delib. arb. 22. Hæc est libertas nostra, cum ipsi subdimur, veritati, scilicet vero Deo.

C A P. X.

Distinguit de necessitate & libertate.



Tautem hæc præmissa clariſſiſtatiſ pateſtant, Sciendum quod neceſſitas & libertas multis modis dicuntur: Neceſſitas liquidem per ſe primò accipitur pro vehementia eſſendi illius quod per ſe & primò eſt neceſſe eſſe; quod eſt Deus, & ſic propriè definiſti non poteſt, ſicut decimum tertium priui docet; Deſcribitur tamen & notificatur utique, & hoc melius * per affirmationem quā negationem, ſilicet * per vehementiam & firmitatem eſſendi, quam per impossibilitatem ſeu non poſſibilitatem non eſſendi, ſicut septima pars illius decimi terii manifestat. Aliter accipitur neceſſitas pro neceſſitate naturali, pro neceſſitate fatali, pro neceſſitate violenta coaſtionis, & pro neceſſitate spontanea ſtabilitatis permanentiæ, ſeu eniā firmitatis, quā etiam [līcer] non tam propriè neceſſitas immutabilitatis vocatur. Neceſſitas etenim, ſicut in principio dicebatur, melius per affirmationem quā per negationem deſcribitur: Vnde Eſa. 46. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fieri; & 2. ad Tim. 2. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens signaculum hoc, Cognovit Dominus qui ſunt eius; & Psalmo 116. Veritas Domini manet in æternitate; & Psal. 32. Conſilium autem Domini manet in æternum, cogitationes cordis eius in generatione & generationem: Glosſa; id eſt, Non ſunt mutabiles, ſed æternæ: & prædestinationis eius immutabilis eſt, In qua omnia reponita ſunt, cum in aliis finibus 23^o. primi plenius recitat; ſicut & loquuntur Aug. & Anſel. vt probatio corollarij primi huius recitat & allegat. Eſt & neceſſitas præcedens & ſequens, ſicut ſecundum huius poſtendit; & quia quorū modis dicitur vnum oppofitorum, tot modis dicuntur & reliquum, & neceſſitas & libertas quodammodo opponuntur. Libertas dicitur contraria iſdem modis; ſilicet libertas à neceſſitate primi modo diſta, libertas à neceſſitate naturali, à neceſſitate fatali, à neceſſitate violenta, à neceſſitate præcedente, & à neceſſitate ſequente. Harum autem omnium tres præmiſſæ, ſilicet neceſſitas naturalis, fatalis, & violenta coaſtionis libertati rationali creature meritoque repugnant; Quare & hæc tres poſſunt ad vnum generale adduci, ad neceſſitatem ſilicet aduersariam ſeu contraria libe- rati, quā & ideo adimit libertatem ac peccatum excusat: & alia poſteſt dici neceſſitas spontanea, conſentanea, libera & compatiens libertatem & meritum iuxta diſtinções D Augustini & Anſelimi de neceſſitate præmiſſas in probatione Corollarij primi huius. Omnes igitur autoritates negant neceſſitatem à creatura rationali, aegant tantum hanc primam quā ſilicet eſt aduersari & contraria libertati, & adimit libertatem; non autem ſe- cundam, spontaneam ſilicet, conſentaneam libertati, quā & compantiunt libertatem: Vnde & veplurimum cū negant neceſſitatem quā aduersando neceſſitati per hanc coniunctionem (fed) aut aliam ſimilem, quā ſecundum Grammaticos, & ſecundum veritatem, & ſecundum communem modum loquendi dicitur aduersariā, eo quod aduersando priori ſententię ponit eius oppofitum, aſſiſtunt voluntatem ſue libertatem, dicendo quāpiam ſeſiſe vel facere hoc vel illud non neceſſitate, ſed libertate, ſeu voluntate aut libera potestate, innuentes ſe tantum abouere neceſſitatem aduersariam voluntati, aut etiam libertati: Vnde A. poſtolus ad Philemonem, Sine conſilio tuo nihil volui facere, vt ne, velut ex neceſſitate, bonum tuum eſſet, ſed voluntarium. Et 1. ad Cor. 7. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem, po- reſtare autem habeoſ ſuę voluntati, & hoc iudicauit in corde ſuo feruare virginem tuam, E bene facit. Item Ambr. 3. de Trin. 3. ita dicit; Paulus ait, quia omnia operatur unus atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult, id eſt, pro libero voluntatis arbitrio, non pro neceſſitatis obſequio. Item Aug. de vera relig. 25. tales feruos ſuos meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei feru- rent liberaliter, quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntate led neceſſitate feruarent: idem de fide ad Petrum 57. Firmissime tene primos homines eſſe creatos cuilibet arbitrio, eſque non neceſſitate, ſed propria voluntate peccasse: & idē dicit ſepſiſſime in alijs locis multis. Ta- lia quoq; frequenter dicit Anſel. 2. Cur Deus homo 5. 10. & 7. ſicut Corol. priui huius alle- gauit pro parte, qui & de Concordia 7. ita dicit; Neq; p̄ſcīt Deus, neque p̄deſtīnat quen- quam iuſtum, feruorum ex neceſſitate. Non enim habet iuſtiā, qui tam non ſeruat libera vo- luntate

* tam
** tam

Eſaias.

Gloſſa.

Apoſtolus.

Ambrōſius.

Auguſtinus.

A luntate paritet. Igitur quāpiam neceſſe ſint quā p̄ſciuntur & p̄deſtinantur; quēdā tamen p̄ſcipta & p̄deſtinata non euēnū ea neceſſitate, quā p̄cedit rem & facit, ſed ea quā rem ſequitur, ſicut ſupradiximus. Non enim ea Deus, quāpiam p̄deſtinat, facit voluntatem cogendo aut voluntati reſiſtendo, ſed in ūia illam potestate dimittendo, quā & alibi ſe p̄ dicit. Sic loquitur Boetius 5. de Coſolatione Philoſophiæ proſa vii. ſic loquitur Decrē- tum 23. quæſt. 4. Nabuchoodonofor, & inſra: ſic loquuntur & omnes, Maiores ſcilicet & Mi- nores, doſti pariter & indoſti; dientes quāpiam facere quippiam non neceſſitate, ſed libera voluntate. Vterius autem pro ^{ol} p̄iorni ſatelliſt librorum Doſtorum noſtrorum ſciendum, ii planiori quād tripliciter vel quadropicliter ponitur actus humanos ſupponi neceſſitati naturæ. Nam quidam hæretici, puta Manichei, dixerunt hominem facere omnia mala ſua neceſſitate nature animi ſuę malæ. Quidam verò alij posteriores & quaſi moderni poſuerunt voluntatem hu- manam eſt tamquam paſſiuam, q̄ patet & ſicut 3^o ſecundi ostendit, habuerunt ponere confe- B querent omnes actus voluntatis humanæ, ſicut & appetitus bruti ex neceſſitate naturæ neceſſariō prouenire. Tertij verò dixerunt voluntatem humanā paſſiuam & actiua, ſed primò pa- ſſiuam, & hoc neceſſitate naturæ, quam ſic paſſiuam dixerunt ex neceſſitate naturæ vterius age- re ſicut bruta. Quarta autem neceſſitas voluntatis, quā ponitur à quibusdam reſpectu ſtellarū, viderur ſimiliter ad neceſſitatem naturæ non inepie poſſe reduci, quā tamen ſub neceſſitate fatali magis propriè forſtan collocatur. Alij autem, vt Stoici, ſecundum Boetium ſuper 1. periheremus vlt. aliquetiam Mathematici, vt ſep̄ recitat Aug. & maximè 5. de Ciuit. Dei, & in quæſitionibꝫ ſuis veteris & noui testamenti; atque Priscillianista hæretici, ſicut 28^o, primi à Gregorio recitat, poſuerunt omnia prouenire ex neceſſitate fatali ſtellarum. Alij ve- rò, vt Cicero & Pelagius aſſerebant, quod ſuppoſita p̄ſcientia, p̄deſtinatione & repro- batione, & prouidentia futurorum in Deo, omnia prouenirent ex neceſſitate violenter cogē- te, ſicut ſextum & trigesimum quartum priui plenius recitarunt; & hi omnes in peccato quo- C liber hominiſ hominem totaliter excuſabant, & naturam, ſatū, vel Deum, inq; neceſſariō ſem- per Deum Autorem naturæ & fati, p̄ſcientiā, p̄x, iſtinationi & reprobationiſ totaliter ac- culabant. Hi etenim Manichei poſuerunt duas naturas primas contrarias & æternas, vnā bo- nan, alteram verò malam, ſicut recitant plenius 1^o & 26^o. primi: Qui & conſequenter vlt- erius poſuerunt duas animas in quolibet homine ab illis duabus naturis corripondenter im- preſſas, vna bonam omnium bonorum operum hominiſ effectuam, alteram verò malam omnium malorum effectricem, ſicut patet per Aug. de duabus animabus contra Manich. de natura & gratia, de bono perſeuſantie, de vera religione, & alijs locis multis; dixeruntq; ani- malum illam malam, naturaliter facere quicquid facit, ſilicet neceſſitate naturæ; quare & homi- nem in malo quolibet excuſari, & ipsam naturam anima ſeu eius autorem tantummodo ac- culari: Vnde Aug. 5. contra Iulianum 9. Christiani, inquit, non ſunt tu ſimulas, cum Manichei, Anguſtinas. inquit, inneſt carni ſuę mali neceſſitatem, quod malum illi tubitariale & Deo coeterum D eſt mentiantur, ſed dicunt ſanè cum Apoſtolo, Video aliam legem in membris meis repug- nante legi membris meis. Idem de natura & gratia 1. Vidi, inquit, hominem zelo ardentissimo acceſſum aduersus eos, qui cum in ſuſ peccatis humanam voluntatem debeat accuſare, na- turam poſtius accuſantes humanam, hominem per illam excuſare conantur. Quare & iſi ha- bent dicere conſequenter hominem peccatiū vitare non poſſe propter purā neceſſitatem naturæ. Vnde Hieron. epift. 32^o. ad Damafum Papam; Liberum, inquit, arbitrium ſic conſentit, ut Hieronymus dicamus nos ſemper indigere auxilio Dei, & tam illos errare qui cum Manichei dicunt ho- minem peccatiū vitare non poſſe, quā in illos qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare: Vterq; enim tolit arbitrij libertatem: Ipsi tamen Manichei hominem peccantem, eo quod neceſſitate naturæ peccauit, dixerunt penitus excuſandum, & naturam vel eius autorem ſolummodo accuſandum. Hæc autem opinio, licet rudi nimis ſit & groſſa, quandoq; dece- perat Aug. ipſoſer testante 5. Confess. 10. ſub his verbis; Mihi videbatur non eſſe nos qui pec- camus, ſed neſcio quāpiam in nobis peccare naturam, & deleſtabat ſuperbiā meam extra culpati eſſe, & cum aliquid mali feciſsem, non conſiſteri me feciſſe, vt ſanares animam meam; quoniam peccabat tibi, ſed excuſare me amabam, & accuſare neſcio quid aliud, quod mecum eſſet, & ego non eſſem; & idē etat peccatum meum in ſarabilius, quo me peccatore non eſſe arbitrabar: quod & liber ſuę de moribus Manicheorum ſimiliter confeſſatur, quod & patet [ſimiliter] legentiſ ſuę viram ſuam. Alij etiam poentes quāpiam neceſſitatem naturæ, & peccantes excuſare volebant, & accuſare naturam: Vnde B. Hier. ep. 36^o. ad Amandum Preſb. Hieronymus de diuersis quæſitionibꝫ in ſolitione ſecunda quæſt. ſic ait; Omnes homines vitijs noſtri fa- uemus, & quod propria ſaciens voluntate ad naturæ referimus neceſſitatem. Item Aug. de Auguſtinus, vera & falſa poenitentia vlt. Non itaq; peccantes, inquit, dicamus. Non aliud potui, neceſſitatem ſuę

|| Armenius

Augustinus

|| vult

|| electi & docti

Augustinus

Si datus sum fornicationi; quia talis creatus sum naturae & fragilitatis: Fragilitas enim, non A voluntas, me cogit committere criminalia. Errat, qui sic fallitur: Natura enim talis est ut possit quisque resistere malo cuiuslibet arbitrio. Secundum: si aliter, supponentes actus humanos necessariae fatali, hominem peccantem excusat, faciat se Deum potius accusando:

Vnde Ammonius || Erincus in recordatione in librum periheremias Aristot. sup. c. vlt. primi recitans opiniones circa etiatus futurorum, sic ait; Neq; omnino idoneae dispositionis homines inuenies negligentes meditationem de hoc theoremate, sed hos quidem velut omnibus ex necessitate factis, causas eorum in quibus peccantem datum vel prouidentiam diuinam & damnalem referre tentantes; sicut quidam in crudite apud Homerum dicit; Ego autem non sum causa, sed Iupiter & datum. Item Aug. super illud Psal. 31. dixi. Confitebor (sic pronuntiatio secundum translationem quam exponit) aduersum me in iustitiam meam Dominum, ita dicit;

Multi pronuntiant iniquitatem suam, sed aduersus ipsum Dominum Deum, quando inueniuntur in peccatis suis, dicunt, Deus hoc voluit. Si enim homo dicat, Non feci, aut hoc factum quod B arguis non est peccatum, non pronuntiat nec aduersum se nec aduersum Deum: si dicat, feci procul & peccatum est, sed Deus hoc voluit, quid ergo feci? hoc est pronuntiare aduersus Deum. Forte dicatis, Netio dicit; quis est qui dicat, Deus hoc voluit? Multi & hoc dicant; sed & qui hoc non dicunt, aliud dicunt; quid dicunt? datum mihi fecit, stelle mee fecerunt. Ita ita per circumutum ad Deum voluer peruenire, per circuitum volunt peruenire ad Deum accusandum, qui nolunt de compendio venire ad Deum placandum & dicunt, Fatum mihi fecit. Quid est datum? Stelle mee fecerunt; quid sunt stelle? certe iste, quas in celo conspicimus; & quis eas fecit? Deus; quis eas ordinavit? Deus; ergo vides quid voluisti dicere, Deus fecit ut peccare; ita ille iniustus, tu iustus, quia nisi ille fecisset, tu non peccasses. Tolle istas excusationes in peccatis, memento illius Psal. Nec declines cor meum in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniuriam. At enim maligni sunt, qui defendunt peccata sua; maligni sunt & qui numerant sydera, & qui computant stellas & temporis, & dicunt, quis, quando C vel peccat vel bene vivit, & quando Mars faciat homicidium & Venus adulterium; magni docti viri & electi videtur in sceluso. sed quid ait in Psal. Ne declines cor meum in verba mali cum hominibus operantibus iniuriam, & non comunicabo cum electis eorum. Dicant illi, electos & doctos numeratores syderum, dicant illi lapentes [eos] qui quasi digerunt in digitis facta humana, & scribunt de stellis mores humanos; Cu lib. arb. me creauit Deus; si peccavi, ego peccavi, ut non solum pronuntiem iniquitatem meam Domino, sed aduersus me, non aduersus eum; ego dixi, Domine miserere mei: clamavi aeger ad medicum; ego dixi; quare, ego dixi, sufficeret? dictum est ego, ego, non datum, non fortuna, non diabolus, quia nec ipse coegerit, sed ego persuadenti consensi, ego dixi, Domine miserere mei. His & concordant multi Docti, catholici multis locis 28. primi breuiter memorati. Tertii erat, qui, data praescientia, praedestinatione, reprobatione, prouidentiae diuinae, actus humanos necessitatibus violenter cogentibus subiiciunt, hominem à peccato D excusat, & pro ipso Deum accusat, sicut planè testatur autoritates quæplurime 34° primi plenius allegata. Multis enim videtur praescientia dei &c, huiusmodi libertatis arbitrii & merito repugnare: Vnde & Anselm. de Concor. 5. dicit pro illo autem arbitrio tantum, & pro libertate ista vñiatur quæstio, Sine quib' homo saluari nequit, postquam potest illis vti. Nā ideo coquuntur multissimis, quia putant ad salutem, vel ad damnationem nihil valere lib. arb. sed solam necessitatē propter Dei praescientiam. Item Aug. 3. de lib. arb. 2. proponens hanc quæstionem sub nomine discipuli, ita dicit; Ineffabiliter me mouet quomodo fieri posset, ut & Deus praescientis sit omniū futurorum, & nos nulla necessitate peccemus. Quisquis enim dixerit alterius euenire aliquid posse, quā Deus ante praescivit, praescientiam Dei destruere insanissimam impietatem molitus. Quā propter si primum hominē peccatum esse praescivatur, necesse erat id fieri quod futurum esse praesciebat Deus; quomodo effigitur voluntas libera, vbi tam incurrabilis appareret necessitas? vbi Aug. statim respondendo subiungit, Pulsat & vñiatur misericordiam Dei; Assit, aperiatq; pulsantibus; Veruntamen partē maximam hominū ista quæst. torqueri non ob a liud crediderim, nisi quia non pie queruntur, velociorēq; sunt ad excusationē quā ac contentio nē peccatorum suorum. Alij enim nullam diuinam prouidentiam praescisse rebus humanis libenter opinantur, dumq; fornicatis comittunt casibus & animos & corpora sua, tradunt se feriendos & dilaniandos libidinibus, diuina iudicia negantes, humana fallentes; eos à quibus acculantur, fortunæ patrocinio propulsare se putant. Aliquando vero quanquam negare non audient præsidere humana vitæ prouidentiam Dei, malum tamen eam vel infirmam vel iniuriam, vel malitiam nefario errore credere, quā sua peccata pietate suppliūt confundit. Et id fr. 3. Hoc te mouet, & hoc miraris, quomodo non sint contraria & repugnantia, ut & Deus praescientis sit omniū futurorum, & nec non necessitate, sed voluntate peccemus. Si enim praescius

A scius est Deus, inquis, peccatum eius hominem, necesse est ut peccet; si autem necesse est, non ergo est in peccando voluntatis arbitrium, sed potius ineuitabili & fixa necessitas; qua ratiocinatione hoc videlicet ne conficiatur, times ut aut Deus futurorum omnium praescius impiè negetur, aut si hoc negare non possumus, faciamur non voluntate sed necessitate peccare. Et inferius adhuc 4. Sub nomine discipuli scribitur & quaritur isto modo; Non dū video quomodo sibi non aduersantur hæc duo; præscientia Dei de peccatis nostris, & nostrum in peccando liberum arbitrium. Nam & iustum Deum necesse est faciamur & præscium; sed licet vellem, qua iustitia puniat peccata qua necesse est fieri; aut quomodo non sit necesse fieri, qua futura esse præscivit; aut quomodo creatori non deputandum est quicquid in eius creatura fieri necesse est; quam quæstionem, opponendo & respondendo, diffusè prosequitur multis capitulis consequenter. Idem de vera & falsa pœnitentia 8. Sunt, inquit, qui descendunt culpam ex Dei prouidentia, reputantes Dei ordinationi & necessitatē, quod reliquæ ētūm eis voluntati & arbitrii libertati. Idemque in confutatione catholica 16. capitulorum Augustinus.

B sibi per Pelagianos falso imputatorum, recitat obiectiōnem eorum 13. in hæc verba, Quod omnes fideles illi & sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, quando ad verum suum relabuntur, virtus erat suo hoc facere videntur, sed ipius virtutis causa est diuina prædestinationis, qua illis latenter subtrahit bonas voluntates, quod & multæ alia obiectiones eorum ibi recitatae pretendunt. Quare & ipsi Pelagiani prædestinationem simpliciter abnegarunt, vel eam tantum & vix in Christi Apostolis concesserunt, sicut multi libri Augustini ostendunt, sed specialiter libertate de bono perseverantie multis capitulis versus finem; specialissime vero liberius eius de prædestinatione contra Pelagianos, in quo per scripturam canonicas & per rationem similiiter ostendit prædestinationem diuinam generaliter concedendam; qui liberius immediate debet sequi opus eius prædictum de confutatione 16. capitulorum per Pelagianos libri obiectorum; unde & in eius principio ita dicit, Addere etiam h[ec] quam maxime huic operi, de his scilicet 16. capitulis nunc præmisso oportet, ut & vestra calumpnia, quam obiectere nobis soletis, per illuminationem gratia Salvatoris reuinatur, immo consuetetur, & nostra fidei integritas comprobetur. Credere nos quippe vel prædicare flagitatis, quia cum lege Dei & Prophetis, cum Euangeliō Christi eiusque Apostolis prædestinationem dicimus, quod quosdam homines sic prædestinat ad vitam regni cœlorum, ut si nolint orare, ieiunare, aut in omni opere diuino vigiles esse, eos omnino petre non posse, nec prorsus debere sine esse sollicitos, quos Deus, quia voluit, semel iam eligendo prædestinavit ad vitam; quosdam vero prædestinavit in gehennæ pœnam, ut etiam si credere velint, si ieiunijs & orationibus omnique se voluntati diuinæ subiacerint, in his Deum non delectari, & vitam illis æternam in toro dari non posse. Et infra eodem vlt. Praedestinationem igitur negare, quam apud Deum esse breviter probauimus, in maiori blasphemia est, quam non tantum sicut soletis dicere isti Apostolis debemus accipere, sed & in Patriarchis, Prophetis, Martyribus, & Confessoribus, in omnibus sanctis & Deo dignis seruientibus. Porro cum intellectus dictorum ex causa dicendi rationabiliter sit pensandus, considerandum est valde in libris Autorum refellentibus hos eritores, quis & vbi quem refellat, & iuxta hæc oportet eiūc dictorum omnium intellectum.

Vbi namque contradicendo primo istorum errorum dicunt absolute actus humanos non ex necessitate, sed liberè prouenire, intelligendum est de necessitate naturæ, & de libertate sibi opposita, sicut & aduersarii intellexit: alias enim non esset verus elenchus, nec vera contradictione contra ipsum. Nam secundum Philosophum 1. elenchorum, vbi de ignorantia elenchū determinat, Elenchus est contradic̄to ciuidem & vnius, non nominis tantum, sed rei & nominis secundum idem & ad idem: vbi vero redarguendo secundum, tale quid dicunt, intelligendum est de necessitate fatali stellarum, & de contraria libertate: vbi autem tertium reprobando remouent necessitatem simpliciter ponentes liberam potestatem, intelligendum est de necessitate ex parte Dei præscientis, vel quidlibet simile facientis violenter cogente, ex eusante peccatum, meritumque tollente, & correspondenter est contrarium de libertate potestate. Quamobrem vltius est sciendum, quod primum istorum errorum destruit Philosophus generaliter 9. Metaphys. 1. o. & post, sicut 4. minus plenus allegavit, alij quoque multi Philosophi, alij locis multis. Vnde Ammonius || vbi prius, recitat opinionem dicentem omnia eueniēre ex necessitate, & hoc ipsum ex necessitate eueniēre ut dicant, quod omnia sunt necessaria, vel quod omnia sunt in nobis; quam reprobat isto modo: Si quidem secundum vetum est; non omnia ex necessitate; si autem primum, quomodo opinabuntur quidam oppositum, quod multa sunt in nobis? A natura enim omnia necessaria producent, ut ponit illorum sermo, moueri nos præter naturam ad sentiūndum contra ea quæ sunt ab ipsa; penitus mirabile & coniabile: ut si quis medicinam artem docens, per hoc ipsum instruxit pulos

E

Quamobrem vltius est sciendum, quod primum istorum errorum destruit Philosophus generaliter 9. Metaphys. 1. o. & post, sicut 4. minus plenus allegavit, alij quoque multi Philosophi, alij locis multis. Vnde Ammonius || vbi prius, recitat opinionem dicentem omnia eueniēre ex necessitate, & hoc ipsum ex necessitate eueniēre ut dicant, quod omnia sunt necessaria, vel quod omnia sunt in nobis; quam reprobat isto modo: Si quidem secundum vetum est; non omnia ex necessitate; si autem primum, quomodo opinabuntur quidam oppositum, quod multa sunt in nobis? A natura enim omnia necessaria producent, ut ponit illorum sermo, moueri nos præter naturam ad sentiūndum contra ea quæ sunt ab ipsa; penitus mirabile & coniabile: ut si quis medicinam artem docens, per hoc ipsum instruxit pulos

A puto destruere principia artis quam didicunt, quamvis artificem quidem verisimile facere aqua*rum* corumque præter artem, non secundum quod talis, puta medicum dare corruptum aliquid vel venenosum, tanquam habetem animam à scispa mobilem, & artificis facientem, eam tam contrarium aliquid proprio sui facere impossibile est. Boetius quoque super eundem locum dicit Animal est triplex, scilicet subiectum naturæ, subiectum coeli, subiectum rationi & libero arbitrio voluntatis: & declaratis duabus primis speciebus, subdit de tertia, **¶** quia nos sumus cuncti diuine prævidentia subiecti, ex ipsa quoque diuinorum voluntate pendemus. Per hoc ergo vult dicere, quod homines non sunt subiecti necessitatæ nature, sicut animalia cetera sunt subiecta. Idem quoque de consolatione Philosophie prosa ultima, ostendit non omnia prouenire ex necessitate naturæ: cuius verborum series recitatur in canone 23. questione 4. Non ergo, quamvis Gratianus nihil inde Boetio, sed totum tribuat Augustino, ut sic contra eum merito valeat conqueri, sicut & fecit Virgilius in simili casu, dicens:

Hoc ego composi versus, talis alter honores:
Sic vos non vobis mellificatis apes,
Sic vos non vobis pullificatis aves,
Sic vos non vobis vellificatis oves.

B *Augustinus* Item Augustinus questionum veteris & noui testamenti prima sicut, Si homo potestas sua non esset, subiectus fuerat necessitati, ut neque boni operis haberet gloriam, neque mali peccatum, sed fuisset unus ex pecoribus. Et questione secunda, Si diabolus natura malus esset, peccatum illi promittere aut dementis erat aut iniqui: quis enim arguar eum, quem vider non aliter aliquid facere, quam natura eius admittit? **¶** *Antiqui* igni potest succenseri quia viri, aut aquæ quia infrigidas, cum non viri voluntate hoc faciat, sed natura. **¶** Et infra, Si haec naturaliter putatur facere, reus constitui non potest, quia hoc facit quod natura sua est & potest, & non facit quod non potest, quia natura sua non est: itaque neque laudandus neque condemnandus est, quia non voluntate haec facit, sed impulsu naturæ. Haec generaliter contra hunc primum errorem, qui, & in alijs locis quampluribus & ab alijs multis Autoribus similiter condemnatur, secundum & concorditer tertium secundi condemnat. Sed adhuc vltterius aduentendum contra ultum errorem, quantum Manichæos concernit; quod contra ipsos Manichæos beatus Augustinus scripti specialiter & principaliter multos libros, librum scilicet de libero arbitrio, ut pater 1. Retract. 9. & de bono perseverantia 27. & deinceps librum de Genesi contra Manichæos, sicut tam ipse liber quam 10. primi Retract. ostendit; librum de vera religione, sicut capit. 1. tam illius libri, quam primi Retract. ostendit; libros de duabus animabus contra Fortunatum Manichæum, contra Admantium Manichæi discipulum, contra epistolam Fundatorem, contra Faustum Manichæum, contra Felicem Manichæum, De natura boni, contra Secundinum, sicut 22. primi Retract. cum secundo, septimo, octavo, nono, & decimo secundi clarissime manifestat. Contra quem & quos similiter in multis alijs libris suis, licet non ita principaliter, incidenter tamen & partialiter inuehit multis locis. Hunc quoque errorem quantum ad partem eius secundam, damnavit Stephanus Episcopus Parisiensis sub his verbis: quod liberum arbitrium est potentia passiva, non activa, & quod de necessitate mouetur ab appetibili: **¶** iterumque subiicit, quod voluntas de se est indeterminata ad opposita sicut materia, determinatur autem ab appetibili sicut materia ab agente; quam sententiam similiter sapienti multi alii articuli ab eodem similiter condonati. Hunc etiam eundem errorem, quantum ad tertiam eius partem, damnavit idem Episcopus sub his verbis: quod voluntas hominis necessitatur per suam cognitionem, sicut appetitus bruti: & iterum sub hac forma: quod voluntas necessariè sequitur quod principaliter creditur à ratione, & non potest abstineri ab eo quod ratio dictat: haec autem necessitas non est coadie, sed natura voluntatis. Eundem quoque errorem pro quarta & ultima eius parte, quare & secundum [errorem] principalem de necessitate fatti stellarum, idem opus in multis articulis condonavit, sicut tertium secundi plenius recitauit. Hunc & Ammonius, atque Boetius super 1. perihermenias vlt. iuste damnant. Quem & damnant omnes Philosophi, exceptis paucis Mathematicis, Geomanticis, **¶** Necromanticis, ceterisque Diuinis, qui in ea parte nequaquam Philosophi, sed friuophili potius sunt dicendi; nec omnes Mathematici hoc concedunt, sed quidam direcè oppositum confidentur, sicut tertium secundi plenius recitauit. Quem & Augustinus 5. de Cuiitate Dei, & 83. questionum 45. 2. de doctrina Christiana, & post de questionibus veteris & noui Testamento 1. 1. 5. & multis alijs locis feruenter

A zelo condemnat: quem & omnis turba catholicorum Doctorum varijs locis reprobat & condemnat, sicut 28. primi aliquiliter recitauit. Tertium autem errorem reprobant Ammonius & Boetius ubi prius. Quem etiam Pelagianorum errorem, ac ipsos Pelagianos, errantes reprobat Augustinus, & alijs Doctores Catholici multis locis, sicut aliquiliter recitat in libro scilicet de Prædestinatione contra Pelagianos superius memorato: in concupiscentia, in libro scilicet de Prædestinatione ad Prosperum, & Hilarium; in libello de Prædestinatione & gratia Dei, qui primo libro sermonum suorum ponitur quintus sermo, Hypognosticon, De libertate arbitrij ad Hilarium, De natura & gratia, De correptione & gratia, De gratia & libero arbitrio, De bono perseverantia, De gestis Pelagi, De grana Christi, & peccato originali contra Pelagium & Cœlestium. Contra duas epistolas Pelagianorum in libro quatinus ad Bonifacium, Contra Julianum Pelagi discipulum in sex libris, De perfecti onis statutis hominum ad Paulum & Eutropium, Contra Cœlestium Pelagianum, De constitutione 16. capitulorum Augustino per Pelagianos falli imputatorum; in epistolis suis ad Sextum Romanæ Ecclesie Presbyterum, ad Valentinum Monachum, ad Innocentium Papam, & alijs. In quibusdam etiam alijs libris suis, licet aliam materiam principaliter sequitur, incidentaliter tamen quandoque Pelagianam heres redarguit & refellit, vt 3. de libero arbitrio, 1. Retract. & 2. multis capitulis, De verbis Domini, De verbis Apoolorum, Super Iohannem, & super Psalterium frequentissime, in alijs quoque libris suis non paucis, nec a me facile numerandis. Contra istum quoque errorem specialiter scriptis Angelicus, **A**ngelicus, **Artemius**.

B *Si* capitulo 16. Augustino per Pelagianos falli imputatorum; in epistolis suis ad Sextum Romanæ Ecclesie Presbyterum, ad Valentinum Monachum, ad Innocentium Papam, & alijs. In quibusdam etiam alijs libris suis, licet aliam materiam principaliter sequitur, incidentaliter tamen quandoque Pelagianam heres redarguit & refellit, vt 3. de libero arbitrio, 1. Retract. & 2. multis capitulis, De verbis Domini, De verbis Apoolorum, Super Iohannem, & super Psalterium frequentissime, in alijs quoque libris suis non paucis, nec a me facile numerandis. Contra istum quoque errorem specialiter scriptis Angelicus, **A**ngelicus, **Artemius**.

C contra librum Cassiani Presbyteri, qui prænotatur De protectione Dei, Pelagianorum errorum secundum redarguit & elidit. Quid & facit similiter venerabilis Beda in libro suo contra librum de concordia præscientia, prædestinationis, & gratia cum libero arbitrio. Item beatus Prosper, cuius in canone dist. 15. capitulo vltimo, inter ceteros Doctores Catholicos proper.

D opera velut authenticæ cōprobantur. In libro suo intitulato pro prædicatoribus gratiae Dei contra librum Cassiani Presbyteri, qui prænotatur De protectione Dei, Pelagianorum errorum secundum redarguit & elidit. Quid & facit similiter venerabilis Beda in libro suo contra librum Iulianum, qui est primus suorum super Canticum Cantorum. Beatus quoque Gregorius, & alijs sancti Patres idipsum faciunt multis locis. Adserendum igitur diligenter, quod *** Gregorius,** Autores vbi errorem istum redarguant, & negant necessitatem a libero arbitrio, intelligent de necessitate proueniente ex præscientia, prævidentia, seu prædestinatione diuina aduersaria liberrati, & violenter cogente, excusante homines in peccatis, & Dicunt de omnibus accuante; necessitatem vero spontaneam nunquam negant, immo concedunt. Vnde Augustinus de prædestinatione *** contra Pelagianos** 9. dicit se non dicere, ut Pelagiani putabant, Deum non prædestinatos precipitare in uitios ad quodlibet opus mortis, quod & plane existantur autoritates quamplurimæ tricessimo quarto primi, & hoc eodem capitulo superius allegat. Sunt & præter has alia hoc idem testantes. Gratianus enim vicefima tercia questione, 4. V. **Augustinus** **Gratianus.**

D his iræ, allegat Augustinum dicentem, Vt si Deus non quæsire redderet intericum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum, quia nec Deus peccanti homini iuste inferit iram, si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam. Et statim subiungit aliam eius autoritatem dicentem, Prædestinationem Dei sive ad bonum sive ad malum in hominibus operari inepitissime dicitur, vt ad vitrumque homines quedam necessitas impellere videatur; impellere, inquit, scilicet violentè, vel sic saltē vt non ex se haec faciant, sed tantum moti ab alio: Impulso enim & expulsio sunt species pulsionis, quæ, sicut patet 7. Phys. 10. est motus violentus, vel saltē taedium ab alio, non à pulto. Quare & Autoritas vt remoueat violentiam & motum tantum ab alio statim subiungit. Cū in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia, in malis autem voluntas intelligenda est sine gratia. Quare & Gratianus inferior sic concludit, Non ergo necessitatem facit correctionis vel obdurbationis diuina prædestinationis seu præscientia, cum boni per gratiam corrigitur, libero arbitrio mali pereant. Item Augustinus in sermone de prædestinatione & gratia Dei 17. Si dicitur, inquit, iam Pharaonem non posse mutari, quia cum præscientia Deus non esse mutandum; Respondetur, Dei præscientiam non cogere hominem: vt talis sit, qualem præscivit Deus, sed præscrire talum futurum qualis futurus est, quamvis eum non sic fecerit Deus; quoniam si cogit esse, hoc utique cogit quod non est. Porro, si præscientiam futuram sit quod non est, præscientiam non est, quod de Deo quæ impie dicitur, aduerterit quilibet qui peccatus suis non inde blanditur, quod Deus eum peccatorem fururum esse præscivit. Idem de gaudijs iustorum & peccatis malorum, sive de triplici habitaculo Dei, inquit; Præscientiam neminem cogit ad peccandum, vt multi errantes dicunt: Si enim, inquietunt, præscivit Deus Adam peccatum esse, non peccare non potest, ex quo errore nascitur Deum cauam esse peccari, quod nefas est dicere; & illi tamen etiam suis

lucis rebus alligantur. Si enim quod præscientia Dei habuit, necesse est fieri. ideo voluntate A propriæ homo peccare, & non aliqua necessitate, quia in præscientia Dei fuit ut voluntate & libero arbitrio, & non necessitate cogente peccare. Særgo præscientia Dei non potest visitari, non potest homo alter peccare nisi voluntate, nulla alia vel cogente, quia ita cum præcie Deus peccaturum. Særgo voluntate, non coactus, duxit eum ad peccandum, potius sine di- B bio non peccare si vellet, ideo potius meruit, quia non inuitus peccauit, alioquin a Deo peccatum mortis non suscepit. Idemque 3. de libero arbitrio 4. respondendo questioni discipuli superius recitat, sic autem acutus itaque non libi aduersantur hæc duo, ut præscientia tua noua, quod alijs sua voluntate factus est; Ita Deus neminem ad peccandum cogens, prævidet amorem eorum, qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non audierit iustus, que fieri non cogit præcisus? Sicut enim memoria tua non cogit facienda esse qua præterire, sic Deus præscientia sua non cogit facienda que futura sunt. Vnde & 381. propositione etentiarum Prosperi est excerpta. Et supra 3. ostendit istam consequiam non valere, Deus præscit hominem peccaturum, ergo homo non voluntate, sed necessitate peccabit, quia si valeret, cum Deus præscit se facturum cum ea que faciet, ipse non voluntate, sed necessitate faceret uniuersitatem. Et infra 5. solvit tertiam questionem præmissam, ostendens peccatum creaturæ non esse depi- C tandum ut superabiliter creatori. Vulnus Augustinus in locis istis & similibus negat ab homine necessitatem inquit violenter cogentem voluntatem, & potestatem liberam adiumentem; non autem necessitatem spontaneam: vnde & supra eiusdem 3. dicit discipulo: ut de quam facile de tam noggia questione respondam. Certe enim hoc te mouet, & hoc miraris, quomodo non sunt contraria & repugnantia, vt & Deus præscit sit omnium futurorum, & nos non necessitate, sed voluntate peccemus. Si enim præscit Deus, inquit, peccatum esse hominem, necesse est ut peccet, si autem necesse est, non ita ergo in peccando voluntatis arbitrium, sed potius ineratibilis & fixa necessitas. Et respondendo innuit argumentum peccata in forma duplicitate, primo quia sine consequentiâ primam non valeret, Deus præscit hominem peccaturum, ergo homo necessitate non voluntate peccabit. Secundo, quia hæc consequentia secunda non tenet; necesse est hominem peccare, non est ergo in peccando voluntatis arbitrium, sed potius immutabilis & fixa necessitas: per totum illud capitulum consequatur multa rationibus conatur ostendere istam consequiam non valere; hoc deni- D ccessitate est, vel sicut, ergo non libera voluntate, ostenditque quod oppositum consequens & antecedens, scilicet libera voluntas & necessitas non repugnat; & hæc est continentia totius illius capituli tertii. Prima autem ratio, quia ostendit necessitatem ex præscientia Dei, or- tam nequam esse in uitam, nec adiuverit liberam voluntatem, est ista: Deus præscit se fa- E cteturum te beatum sua voluntate, que Dei voluntas tibi est necessitas, ergo inuitus eris beatus, dicit Augustinus discipulo, quasi diceret. Minime sequitur, quod & discipulus confutet; Si enim, inquiens, mihi esset potestas ut essem beatus, iam profecto essem: volo enim etiam dnuce & non sum. Quam rationem confirmat innuendo distinctionem necessitatis præmissam, cum dicit: Rechè possumus dicere, non voluntate senescimus, sed necessitate, aut non voluntate infirmamur, sed necessitate; aut non voluntate morimur, sed necessitate, aut si quid aliud huiusmodi: non voluntate autem volumus, quis vel delitus audeat dicere, per hoc innuens evidenter, quod voluntas humana, quæ secundum eum Enchirid. 86. pro statu præsens necessario vult beatitudinem, vel saltē pro statu futuro necessario ipsam voleret, non vult enim aut voleret necessitate naturali aut inuita, cuiusmodi est necessitas senescendi, infirmandi & morendi, sed necessitate spontanea: quare & subdit. Quamobrem quamvis præscit Deus nostras voluntates futuras, non ex eo tamen confititur, ut non voluntate aliquid velimus: nam de beatitudine dico, cum futurus es beatus, non te in uitum, sed volenter futurum. Alia ratio sua est talis, necessitas ex præscientia Dei descendens non tollit, sed firmat potius voluntatem. Si enim quia Deus præscit me libere voluntum, E necessitas sequitur quod libere velim; ergo voluntate non inuitus, neque coactus. Vnde sicut; Attende, quæso, quanta cœtitate dicatur, Særgit Deus futuram voluntatem meam, quoniam nihil potest alter fieri quam præscit; necesse est ut velim quidem quod illa præscit; si autem necesse est, non iam voluntate, sed necessitate illud me velle fatendum est. O singulariter! Quonodo ergo non potest aut fieri quam præscit Deus, si voluntas non erit, quam voluntatem futuram ille præscit? Cum enim sit præscitus voluntatis no- stræ, cuius est præscitus, ipsa erit; voluntas ergo erit, quia voluntatis est præscitus: non ergo per eum præscientiam mihi potest admittiri, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille, cuius præscientia non fallitur, affurit mihi esse præscitus. Ecce iam non nego ita necesse esse fieri quæcumque præscit Deus, & ita eum peccata nostra præscit, ut maneat tamen nobis voluntas

A voluntas libera, atque ita nostra posita potest. Quid clarissimum, quid plenius potest dici? Ecce non negat necessitatem, ut maneat tamen voluntas. Quare & infra 1. sic concludit; Quæcum ita se habeant, tantum absit a vero quod Creator deputat existimantur peccata, crea- B tor, quamvis necessitate sint, quæ ipsa futura præcivit, ut cum dixeris non te invenire quo modo non ei deparetur quicquid in eius creatura fieri necesse est, Ego contra non inveniam utrumque inveniri posse, argu omnino non esse confirmem; quo ei deparetur quicquid in eius creatura ita fieri necesse est, ut voluntate peccantium sint. Quem secutus Anselmus de Concordia 1. innuens distinctionem de necessitate præmissam ostendit, quod necessitas præscientiam Dei quanto non repugnat libertate voluntati: & hoc duplicitate. Prima, quæ ex arte obligatoria sumitur, & est talis; Si talis necessitas & libertas repugnat, impossibile est eas simul stare; ergo si ponatur eas simul stare, aliquod impossibile consequitur; sed hoc posito, nullum impossibile sequitur. Secunda ratio sua similis rationi Augustini præmissa est talis; si præscita necessarii sunt futura, ergo sicut præscientur esse futura, sic sunt futura; sed multa præscientur esse futura sine necessitate, scilicet inuita & cogente, quia libera voluntate; ergo sic erunt. Has autem rationes cum lententia distinctionis præmissa diffusa prosequi- C tur in hac verbâ: Videntur quidem præscientia Dei & liberum arbitrium repugnare, quoniam ea, quæ Deus præscit, necesse est esse futura, & quæ per liberum arbitrium fuerint, nulla necessitate proueniunt. Sed repugnant; Impossibile est simul & esse præscientiam Dei, quæ omnia prævidet; & aliquid fieri per libertatem arbitrij; quæ impossibilitas si absit intelligitur, repugnantia, quæ videtur necesse, paret remouetur. Nam etiam si quis simul & præscientiam Dei, quam sequi necessitas futuraru renū videtur, & libertatem arbitrij, per quæ multa sine via necessitate fieri creditur, & videamus utru impossibile sit hæc duo simul esse: quod si est im- possibile, omnes inde aliud impossibile; impossibile inquit hoc quod est, quo posito, aliud impossibile sequitur. Secundum duplicitatem futura sine necessitate, hoc ipsum posuit præscire Deus, qui præscit omnia futura; qd. autem præscit Deus necessitate futuru est sicut præscit & necesse est igitur ali- quid esse futuru sine necessitate, vel præsciri sine veritate. Nequaquam ergo recte intelligi potest, repugnare videntur præscientia, quam sequitur hæc necessitas, & libertas arbitrii, à quæ remouetur necessitas, quoniam & necesse est, quæ Deus præscit, futura esse, & Deus præscit aliquid esse futuru sine omni necessitate. Sed dices mihi, non remoues tamen à me necessitate peccandi, vel non peccandi, quoniam Deus præscit me peccatum vel non peccatum, & ideo necesse est me peccare si pecco, vel non peccare, si non pecco; ad quod ego; Non debes dicere, præscit me Deus peccatum tantum, vel non peccatum, sed præscit me Deus pecca- D tum sine omni necessitate vel non peccatum; & ita sequitur quod siue peccaueris, siue non peccaueris, utrumque sine necessitate erit, quia præscit Deus futurum esse sine necessitate hoc quod erit: vides ergo impossibile non esse, simul esse præscientiam Dei per quam futura, quæ præscit, dicuntur esse ex necessitate, & libertatem arbitrij, per quam multa sunt siue necesi- tate. Si enim est impossibile, sequitur aliud impossibile; sed nulla ex hoc easque impossibili- tates. Farsitan dicas; Nondum auferas a corde meo vim necessitatis cum dicas; quia necesse est me peccatum esse vel non peccatum esse sine omni necessitate, quia hoc Deus præscit: ne- cessitas enim videtur sonare coactionem vel prohibitionem. Quare si necesse est me peccare ex voluntate, intelligo me cogi aliqua occulta vi ad voluntatem peccandi, & si non pecco, a peccandi voluntate prohiberi: quapropter necessitate video miti peccare si pecco, vel non peccare si non pecco; & ego. Scindum est quod sepe dicimus necesse esse quod nulla vi co- gitur esse, & necesse non esse quod nulla prohibitione remouetur. Iam dicimus, necesse est Deum esse immortalem, & necesse est Deum non esse iniustum, non quod aliqua vis cogat ipsum esse immortalem, aut prohibeat esse iniustum, sed quando nulla res potest facere ut non sit immortalis, aut ut sit iniustus; sic vides quod necesse est peccatum esse vel non peccatum sola voluntate, si Deus præscit; Non est intelligendum quod aliquid prohibeat vo- E luntatem quæ non erit, aut cogat illam esse quæ erit: Hoc ipsum namque præscit Deus qui prævidet aliquid futurum ex sola voluntate, quæ voluntas non cogitur aut prohibetur vila a- lia re, & sic ex libertate fit quod fit ex voluntate. Quid & intra eodem 7. haber eundem pro- cessum, prædestinationem cum libero arbitrio concordando, vbi & sic dicit: Neque præscit Deus, neque prædestinat quemquam iustum futurum ex necessitate. Non enim habet iustitiam quæcam non seruat libera voluntate; Pariter igitur quamvis necesse sit fieri quæ præscientur, & quæ prædestinantur: quod ramen præscita & prædestinata non eueniunt eam necesse quæ præcedit rem & facit, sed ea, quæ iam sequitur, sicut supra diximus; Non enim ea Deus, quamvis prædestinet, facit voluntatem cogendo, aut voluntatem refrendando, sed in se illam potestate diuinitudo; quamvis tamen sua voluntas utatur potestate, nihil tamen facit quod Deus non faciat

faciat in bonis sua gratia, in malis non sua, sed eiusdem voluntatis culpa: pater ergo quod non negat a libero arbitrio homini necessitatem spontaneam, sed inuitam & violenter cogentem. Deum accusantem de culpa, & hominem excusantem: Quod & plane testantur autoritates insupermissae, & conscientie corollarii primi huius. Legenti igitur mihi libros Autorum, & erant atque etiam relegenti, & nequaquam virarbitris, negligenti, conitanter apparet, ipsos tantum velle negare a libero voluntate arbitrio necessitatem, & voluntatem, scilicet ad voluntatem liberitatis, scilicet necessitatem, & libertatem, & violentiam, quia tantum circa istas sunt errant. Multi enim falsigraphi atque hæreteri supposuerunt hominis voluntatem aliquip necessitatem illarum, alteri autem nullus necessitatem verò spontaneam & conscientiam libertat. non videtur mihi quoquam Autorum velle negare a libero arbitrio voluntatis.

COROLLARIUM.

Corollarium, quoq; necessitas & libertas ac meritum non repugnant ad inuicem, vel repugnant.

EX his autem reputo manifestum, quia necessitas & libertas ac meritum non repugnant ad inuicem, vel repugnant. Necessitas enim spontanea nequaquam libertati repugnat, sicut præmissa hic & primo & secundo huius ostendunt, quare nec merito repugnat. Hoc autem necessitas spontanea adhuc est duplex, scilicet præcedens & sequens, sicut potest haberi ex secundo huius, sicut & libertas est duplex; vna omnino simplex & penitus aboluta, altera vero secundum quid dicta, sicut 5. & 9. huius ostendunt. Harum autem necessitatum nequaquam repugnat libertati contradictionis simpliciter, in ea quaeque repugnat in uicta contradictionis simpliciter, sicut ex secundo & quinto, ac nono huius potest haberi, necessitas autem præcedens repugnat libertati contradictionis simpliciter, necessitas etiam naturalis fatalis & violentia omnimodo libertati contradictionis repugnat, sicut ex præmissis hic & tertio secundi apparet, quare nec cum merito siue possunt.

CAP. XI.

Objicit & respondeat.



Ed obiectetur forsitan contra dicta: *Dicitum est enim non ohius, quod licet omnes actus humani prouenant a necessitate naturaliter præcedente* sideo tamen dicitur homo liber, & libera voluntatis, quia non inuitè nec coactè, sed spontaneè, & cum vult facit, & cum non vult, non facit aliquos actus suos; *codem modo bestie*, licet facient facta sua ex necessitate naturaliter præcedente, non tamen inuitè nec coactè sed purè spontaneè, cum volunt seu appetunt, faciunt, & cum nolunt, seu non appetunt, non faciunt aliqua facta sua ex necessitate naturaliter præcedente; ergo ita liberè, & ita meritorie sicut homo. Item nulla vienit ratio possibilis assignari, quare in actibus humanis necessitas respectu Dei, & voluntatis diuinae præcedens naturaliter tales actus penitus compactius meritorum, sicut dicunt corollaria proximi & secundi, quam quæcumque necessitas alia, vel saltem quam necessitas respectu naturæ vel fati, quod eis corollarium proximum denegavit, vel quam necessitas penitus absoluta. Hac autem solvuntur faciliter, si præstens memoria tenentur. Nam sicut capitulum proximum docuit, creatura rationalis est libera tripli libertate, scilicet a necessitate naturali, fatali, & violentia: imo & a necessitate respectu causarum omnium secundum per terminum secundi: rationale autem non sic, sed subdatur in omnibus necessitatibus naturæ, & ut placet subdatur, necessitatibus fatali stellarum. *Pro mepte vero Augustinus, cum dicit de hominibus libere facere aliquid, quia cum vult facit, & cum non vult, non facit, potest dicit quod loquitur ibi contra Pelagianos, & contra necessitatem violentiam & inuitam, quam dixerunt, sequitur ex præscientia vel prædestinatione diuina;* sicut capitulum proximum recitauit, illam ab homine remouendo, non tamen affirmat in homine illam tantummodo libertatem. Alter & maius potest dici, quod idè dicunt homo liber libertate contradictionis, quia positis omnibus causis secundis naturaliter præmis si se libera voluntati cum omnibus dispositionibus necessario requiritur, non necessario sequitur ipsum velle, sed potest equaliter velle & non velle,

sicut

De Causa Dei.

A sicut ex 4. & sequentibus huius patet: ideoque his omnibus statibus isto modo, cum vult, vult & efficit suum velle, & cum non vult, non vult, nec efficit suum velle; quare posito secundum opinionem insipientis Deum non esse & hominem esse, posse agere; vel secundum opinionem quorundam, puta Pelagianorum, qui dicunt le esse sapientes, hominem posse agere sine Deo aliquatenus coagente, homo in actibus suis liberis est liber simpliciter libertate contradictionis, posse autem non sic. Imo & si ponatur ipsas posse agere Deo nullatenus coagente, adhuc polito apperibili & ceteris causis secundis cura dispositionibus requiri & naturaliter præuis appetiri, acti scilicet appetendi, necessariò sequitur ipsas appetere, necessitate scilicet naturali. Vnde Philosophus 9. Metaphys. i. c. Irrationales, inquit, *Philosophus Damascenus* potentias necessariò, quando ut possunt, passuum & actuum appropinquant, hoc quidem facit, illud vero pati: quod & testatur autoritas Damasceni dicentes, Irrationalia non sunt libera arbitrio; aguntur enim magis à natura quam agant, idèque non contradicunt naturali

B appetitu, sed simili appetitu quid, & imperium faciunt ad actum, sicut superius pleius recitatur. Hanc etiam obiectiōē Anselmus de libero arbitrio 5. simili modo soluit, ubi primò à discipulo ita querit: *Quomodo non est libera voluntas, quam aliena potestas sine suo assensu subiicitur non potest?* Et discipulo requirent, *Nonne simili ratione possimus dicere voluntatem equi esse liberam, quia non appetitum carnis seruit nisi volens?* Respondet, *Non hoc est similiter:* in equo namque non ipsa voluntas se subiicit, sed naturaliter subiecta semper necessitate appetitum carnis seruit: in homine vero quādiu ipsa voluntas recta est, nec seruit nec subiecta est cui non debet, nec ab ipsa rectitudine villa aliena auertitur, nisi ipsa, cui non debet, volens consentiat, quem coniunctionem non naturaliter nec ex necessitate, licet equus, sed ex se aperte videatur habere. Beatus etiam Augustinus 3: de libero arbitrio 1, ad similē obiectiōē de motu lapidis naturali, simili modo respondet. *Cum autem obiectioē vterius argueret, bestia agnit liberè, ergo meritorie; consecutio illa non tenet.* Nam sicut in morali Philosophia, & in sacra Theologia docetur creberimè, ad meritum non sufficit facere opūrum naturaliter unum bonum, sed requiritur facere ipsum bene, quod nona facientis intentio recta finis, ut patet ex 34. primi; hanc autem dirigit ratio recte prædicans: quare bestia ratione carentes, & merito de necessitate carebunt. Imo & sicut forsitan est absolute possibile, quod Deus faceret aliquam naturam immaterialē omnino liberam ad volendum sine iudicio rationis: ex quo enim nunc facit vnam naturam habentem potentias illas ambas, posset, ut viderit, facere aliam, quæ veramlibet tantum haberet: si igitur talē faceret creaturem, ipsa esset æquè libera, sicut homo vel Angelus, quæ tamen omnino mereri vel peccare non posset, eo quod carcer iudicis rationis, cui se liberè conformaret, veleriam difforment. Est etiam inexpugnabilis ratio possibilis assignari, quare necessitas in voluntate respectu voluntatis diuinæ compatitur meritum, & alia nulla omnino. Ipsa enim compatitur meritum propter rationem quam ostensio corollarii primi huius assignat: & ut breueriter rationem huius assignem, dico quod natura voluntatis creare est talis, ut in suis actibus liberis nulli causa secunda de necessitate subdatur, ut tertium secundi ostendit, sed tantum Deo, sicut 30. secundi, & 2. tertij docuerunt. Quod & bene in prima infinitatione hebreüs monstrabatur, quando fuerat institutus, ut soli Deo subeſſer, ceteris que præcesser, sicut historia Gen. 1. docet; quare & ita merito simili modo erit: nulli etiam menti rationali dubium debet esse, quin Creator omnipotens super creaturam rationalem, sicut & super vniuersam creaturam, prærogativa aliqua speciali ceteris actibus agentibus vè creatis aut creabilibus vniuersis sit rationabiliter præferendus. Nec vlla necessitas alia compatitur meritum. Nam de necessitate violentia & omnino inuita nullus dubitat aut ignorat, omnique necessitas naturalis est forma materialis & irrationalis, sicut ex tertio secundi potest haberi: quare secundum præstens isto capitulo meritum habere non potest. Vnde Augustinus in questionibus veteris & noui testamenti quæstione secunda: Diabolus si natura malus esset, voluntatem non haberet: nec enim posset discernere, sed uno atque eodem loco omnibus se quasi cœcus immerget. Porro autem iudicio quodam hoc facit, vnde manifestum est voluntatem eius esse in criminis. Et infra, Si hæc naturaliter poterit facere, reus constitui non potest: quomodo enim reus constituitur, qui nescit quid facit? Ita & diabolus si bonum nescit, quare damnandus constituitur, qui non facit quod nescit? Nos autem iure rei constitutimur; quia si autem facimus, quam scimus debet nos facere. Omnis quoque forma, si quæ sit subiecta necessitatibus fatali stellarum, necessario est materialis & per consequens irrationalis; quare secundum præmissa non est meriti sufficiencia: nam nulla forma immaterialis & rationalis subiecta necessitatibus cuiuscunq; forma materialis & irrationalis per tertium secundi: non enim deceret rerum ordinem naturalem, ut perfectius imperfectiori, rationale irrationali, & sapientis nihil scienti omnino necessariò subderetur.

deretur. Neque necessitas penitus absoluta compatitur meritum, quia si in actibus hominis A esset talis necessitas, nec in ipso, nec in Deo esset vila possiblitas aliter faciendo; quare Deus sic necessariò ageret actus humanos, & eadem ratione quicquid agit ad extra; quare non esset agens rationale & liberum, ut pater per ostensa 4. huius & s. sed agens irrationalē & de necessitate nature; & cum per 30. secundum ipse sit omnium primus motor, omnis motor inferior similiter tantum ageret & moueret. Non enim deceret nec esset possibile ut motor secundus rationabilior aut liberior esset primo, sicut iam proximo est ostensum, argutum & c. primi & 9. quare nec viles motor inferior posset mereri, sicut superius est ostensum.

C O R O L L A R I V M.

Corollarium, qualis fit libertas in irrationalibus creaturis, & quomodo differt & conuenit cum rationalium libertate.

EX his autem cognoscitur luculentiter qualis libertas est vel non est in irrationalibus creaturis, & quomodo differt rationalis libertas ab irrationalium libertate, & quomodo conuenit cum eadem. Est enim in eis respectu suorum naturalium actionum libertas à violentia & coactione invita. Nam cum appetunt, faciunt, & cum non appetunt, minimè; quod primum & maximè verificatur in eis de appetitu eorum, sicut est in hominibus de voluntate eorum, sicut 9. huius plenius ostendebat: quare & Philosophus 3. Ethicorum 5. attribuit & pueris & animalibus voluntatem, voluntatiō quidem, inquiens, & pueri & animalia communicaunt. Anselmus etiam de libero arbitrio 5. innat equum habere voluntatem, ut praefens capitulum superioris recitavit, qui & infra 13. ita dicit, Seruat naturaliter canis rectitudinem voluntatis, cum amat catulos suos, aut Dominum tuum sibi benefacientem. Est insuper in bestijs forsitan libertas à necessitate fisi stellarum: Videtur enim quod si bestiae fuissent creature perfectae primo die mundi ante creationem stellarum, quod tunc potuissent exercuisse suas actiones proprias naturales; cuius tamen certificationem quia non multum videtur ad pietatis scientiam pertinere, relinquo Philosophis naturalibus & Astrologis, quos magis exigit studium curiosum. Non est autem in eis libertas simpliciter, quia non respectu caesarum superiorum, scilicet cause prima, id est, voluntatis diuinæ, sicut nec in rationalibus, sicut quantum & nonnum huius ostendunt, nec est in eis libertas à necessitate naturæ, sicut praefens capitulum superiorius demonstravit; quare nec potest esse in eis libertas contradictionis simpliciter, nec respectu omnium caesarum inferiorum, omnium scilicet secundarum, sicut corollarium quarti huius ostendit. Differentiam autem & conuenientiam istarum libertatum adiungicem ex praecedentibus reputo manifestum.

CAP. XII.

Incipit disputare illam famosissimam questionem, nunquid omnia quæ eueniunt, de necessitate eueniunt; & recitat opinionem Mathematicorum seu Stoicorum dicentem, quod omnia quæ eueniunt, eueniunt de necessitate simpliciter absoluta.

Ic autem ex præmissis patenter suboritur illa famosissima quæstio, acerrimum axioma, difficultimumque problema. Nunquid scilicet omnia quæ eueniunt, de necessitate eueniunt? Restat igitur iam ipsum dictere consequenter. Sunt autem opiniones varie & plurimæ circa illud: quarum prima constanter affirmat, quod omnia quæ eueniunt, eueniunt de necessitate penitus absolute. Et hoc est opinio Mathematicorum quorundam; & ponentium fatum, quæ & Boetius apud 1. per hermentias assertit Stoicorum. Pro hac autem opinione communissimum motivum est istud: Quæcumq; Deus præfecit certitudinaliter euentura, eueniunt de necessitate penitus absolute; alioe enim nequaquam certe præscire, quisq; præscientia falli posset: sed omnia quæ eueniunt, Deus præfecit certitudinaliter euentura. Quod & potest violentius confirmari, si addatur scientiam Dei bullio modo dependere

A depedere à reb⁹ ipsaq; includere voluntatē diuinā necessariā & immutabiliē respectu omnium futurorum, sicut exp̄ trahit potest probabilit̄ apparere. Pro ista quoq; opinione, referente Ioannem Sarisburiensis, deinde Episcopolum Carnutensis secundi Polycratici 23. quem B. Thomæ 11. Cantuariensis Archiep̄copo, dum Cancellerius Anglia officio fungebatur, conscripsit, vbi tenti & diffusè maretam istam tractat, quidam Stoicus & motuum aliud afferebat; quærebat enim, An posses aliquid facere eorum, quæ minimè facturas es. Quod cum admissses, mille tibi aureos afferebat dum illud efficeres; quos si forte respueres, eos tibi quantalibet summa multiplicari iubebat, vi quod leniter fieri potest, efficias. Sed hanc opinio sollii omnem libertatem arbitrij, libertatem scilicet contradictionis, & omnem contingentiam ad utrumlibet simulauferet; quod primum secundi & quartum huius cum sequentibus non permittunt. Quare & Robertus Cantuariensis Archiep̄copus damnauit Oxonię articulū afferentem, quod omnis propositio vera de futuro est necessaria.

B

C A P. XIII.

Tractat opinionem Ciceronis, dicentem Deum nescire futura.



Lia est opinio Ciceronis, scilicet quod multa eueniunt libere, Sed Deus illa non præscit, propter mortuum capitulo proximo recitatum. Nesciunt enim videre quomodo esset certa præscientia omnium futurorum, nisi & esset absolute necessitas omnivaque, sicut libertas omnimoda tolleretur. Creditur enim quod præscientia futurorum & libertas eorum necessariò repugnaret; quare & necessariò oportuit, ut credebat, unum negare & alterum affirmare; videbaturque sibi utilius pro conuersatione ciuili negare præscientiam quam arbitrij libertatem: Quare & in libro suo de divinatione, omnem divinationem & præscientiam omnem negat. Sed hanc opinionem non minus infidelium quam fidelium auribus execrandam sat satis reprobata sextum primi.

C

C A P. XIV.

Tractat tertiam opinionem dicentem, quod multa sunt futura in natura sua, sed non apud Deum.

Tertia opinio assertit, quod multa sunt futura in natura propria, sed non Deo. Omnia enim sunt sibi in æternitate præsentia, & ideo non propriè dicitur præscire futura, sed potius præficialiter inservi, & per hoc intendit vitare difficultatem modi præmissi. Et est sententia Boetij 5. de Consolatione Philosophiae prosa ultima; & Anselmi de castro diabolico 21. & de Concordia 7. quos & Doctores multi sequuntur. Sed licet istud dictum in se non sit clarissimum, (posset enim multipliciter argui contra illud) ipsum tamen admissum difficultatem non vitat. Ceterum est enim quod futura non sunt in Deo materialiter, & inesse existere actualiter creata in suis naturis, sicut erunt, quando erunt præsentia; quia eadem ratione semper sic essent; ergo quando essent præterita; immo & omnia præterita nunc materialiter & in esse existere, modo esse in Deo & in naturis proprijs extra Deum, sicut viuum fuerint; aliquo ergo modo esse in esse existere & materialiter actu creata in suis naturis etiæ futura, quando erent præsentia, quæ non sunt modo in Deo, dicentes hec super illud Ioan. 1. Quod factum est, in ipsis, vita erat; id est, quod factum in tempore, sive viuum sive vita caro apparuit, omne hoc in spirituali factori ratione quasi semper vixerat, & vivit, non quia coæternum est Creatori quod creauit, sed quia coæterna est illi ratio voluntatis sue, in qua ab æterno habuit, & habet quid & quando crearet, qualiter creaturam gubernat, ut maneat, ad quem finem singula quæ creauit perducat. Dicitque Aug. 5. super Gen. ad literam, quod res antequam fierent, & erant, & non erant, erant in Dei scientia, non erant in sua natura, & hoc certitudinaliter præscit Deus;

M m m 3 fiat



Avinencia.
Aristoteles.

Augustinus

Philosophus.
Averroes.

Obiectio.

CAP. XV.
Recitat quartam opinionem Sophistarum dicentium nihil esse futurum.

Pinio quarta contendit nihil esse futurum; & hæc est opinio. Sophistarum, circa quam sophistice altercantur dicentes, Futurum non est ens, ergo est non ens, & nihil, ergo nihil est futurum. Rursum sic, Ponatur **E** Antichristus futurus, tunc Antichristus est futurus; ergo per conuersiōnem futurum est Antichristus, vel ergo futurum quod est Antichristus, vel non Antichristus. Si Antichristus, ergo Antichristus est Antichristus, ergo Antichristus est homo, & animal, ens, & existens: Si non Antichristus, ergo contradicitoria verificantur de se inuicem, & de eodem, quod primum principium non permittit. Hoc idem sic iterum reprobatur: Si aliquid prædicatur de Antichristo, maximè ipse idem prædicabitur de seipso, quia secundum regulam antiquam Boetij, nulla propositio prior est illa in qua idem de se prædicantur. Item tunc Antichristus fore est verum in sensu diuiso; illud verum vel est Antichristus, vel aliud; non Antichristus,

CAP. XVI.

- A tichristus, quia ipse non est; ergo non est aliud quod verum, nec illud verum est aliud: Quicquid enim detur præter Deum, illo destruuto, adiutus Antichristum fore est et verum, vel esse posset, sicut fuit antequamlibet creaturam: ecce iunctum ratione Deum forte & Deum esse, esset aliud à Deo; ergo Deus est & erit per aliud à seipso; ergo illo destruuto non forer. Si autem dicitur, quod illud verum est Deus, ergo Deus est Antichristum esse peccatorum, & omnia mala facturum. Item illud quod est Antichristum fore erit Antichristum esse; ergo Deus erit Antichristum esse, ergo nunc est quocunque ens esse. Item Deus est Antichristum fore, & eclipsin fore est Deus cadens ratione; ergo eclipsin fore est Antichristum fore. Præterea dicunt ipsi, si quid esset futurum, aliquid posset illud appetere & operari propter illud; quod non videtur, cum omnis operatio sit propter aliquem finem, & propter bonum, ut patet: Eth. 1. & 2. Metaphys. 8. & 9. sed tale futurum non est; ergo non est finis nec bonum. Hæc ratio confirmatur, quoniam omne appetibile seu volubile appareat bonum, ut secundum te-
Bcundi ostendit, sed futurum non appetere esse ens nec bonum. Amplius autem sic instans: Tunc posset esse spes & confidentia de tali bono futuro; ergo talis scienter consideret in ni-
 hilo, & incurceret inreparacionem propheticam Es. 59. qua increpanatur qui confidunt in ni-
 hilo & loquantur vanitates. Sed hæc inceptio conatur destruere omnem scientiam, & subruere
 omnem fidem. Grammatica namque & Rhetorica tempora tria ponunt, praesens, praeteritum,
 & futurum, & Dialectica similiter, ut 1. peri hermenias apparet; scientia quoque naturalis &
 moralis ponunt actiones naturales & voluntarias fieri propter finem non habitum sed haben-
 dum; Medicina insuper & Astrologia indicant de futuris; omnis etiam fides ponit spem,
 præscientiam, & prophetiam sapientissime de futuris. Hi etiam habent dicte consequenter,
 quod ipsis non possunt imaginari aut intelligi vilium futurum, nec aliquid non existens,
 quoniam tuac ipsum est imaginatum aut intellectum, & per conuersationem è contra; quare
 & ipsi sumi esse ipsum & esset, sunt igitur satis rudes. Quare & consequenter veteris habent
 C concedere, quod ipsis non agunt aliquid propter scilicetatem, aut aliam finem futurum quer-
 cunq; quare semper infelices & miseri remanebunt, quod & professioni corum repugnat,
 quoniam apparentiam finaliter concupiscunt. Habent etiam eadem ratione concedere, quod ni-
 hil est praeteritum, & quod nullum praeteritum possunt intelligere, nec de aliquo memorari.
 Quis ergo argueret contra tales, cum de nullo argumento valent recordari, quare nec ali-
 quod recitare? Quis etiam quicquam faceret pro tam ingratiss, ut nunquam de aliquo benefi-
 cio memoretur? Eorum vero irrationalibus rationes præmissæ ne apparentiam quidem
 habent.

C A P. X VI.

*Refellit quintam opinionem Megaricorum negantium omnem
 potentiam ad futura.*



D Se & quinta opinio, quæ non solum negat aliud esse futurum, sed ne-
 gat omnem potentiam ad quoëcumque futurum. Dicit enim nullum
 actuum posse aliud operari, nisi dum actualiter operatur. Et est
 hæc quorundam, qui ut recitat: 9. Metaphys. 5. Megaricominimantur,
 & sicut Averroes dicit ibi, tunc sermo, scilicetista opinio, à quibus
 dam loquentium & stimulatur. Quorum tres rationes ponit ibi Albertus:
 Prima est, Causa dicitur actua respectu sui effectus, & causa & causa-
 ram sunt similes; ergo causa non est activa antequam actuagat. Secun-
 da est: si aliquid motuum posse mouere, & sit in potentia ad mouendum antequam moueat,
 & nihil venit de potentia ad actum nisi per motum & mouens diversum ab eo, illud indiget
 alio mouente priore ad hoc quod moueat, & eadem ratione illud aliud adhuc indiget vno alio
 mouente priore, & sic in infinitum, quod est impossibile. Tertia est, Nulla natura destituit
 propria operatione, quare forma seu potentia actua semper habet actualiter operationem;
 ergo nunquam eam præcedit, nec præcedere eam potest. Has autem rationes soluit Alber-
 tus, sicut & sunt satis solubiles à quocunque. Hanc etiam opinionem Aristoteles & Averroes
 satis ibi redargunt & refellunt.

C A P. XVII.

Corrigit sextam opinionem quorundam, putantium quod aliquid est futurum ad utrumlibet, vel non futurum in sensu composito, non diviso.



Patio sexta siogit quod aliquid est futurum ad utrumlibet, vel non futurum in sensu composito, non autem in sensu diviso, quam sic astricture moluntur. Nulla prepositio simplex de futuro in materia contingente & qualiter est vera vel falsa, Philosopho 1. peri hermenias vlt. atque flame; quare nec aliquid est futurum ad utrumlibet, vel non futurum diuisum. Hanc autem opinionem auditio in Curia Romana à quodam famoso Philosopho Telosano in quadam disputatione solenni de contingencia fututorum, secundum eam totaliter publice respondente, quam & Oxonie similiiter audiebam. Sed huc faciliter conuinceret: Nam secundum eam nihil est futurum ad utrumlibet contingenter, sed omnia que euident, euident de necessitate penitus absoluta, quod 12. huiusdamnat. Item sic opinans propriæ opinionis laquo irrexit: dicit enim nihil esse contingenter futurum vel non futurum in sensu diviso; ergo nihil est contingenter futurum, ergo Antichristus non est contingenter futurus, quod opinioni repugnat: sequitur quoq; hanc esse veram, Antichristus non est futurus, & eius oppositam esse falsam, quod rationem positionis irrationalib; manifestat. Item tibi sic opinant propono, Antichristus erit; si concedis vel negas, habes concedere consequenter oppositum positionis & C rationis tuæ similiter, nec potes eam dubitare, quia bene scis quod nec est vera nec falsa, nec potes eam distinguere proper simplicitatem & viauacionem maximam terminorum actionis complexi. Si autem dicas te non intelligere, nec intelligere posse illam, redargueris sicut quarta opinio fuerat redarguta, nisi forsitan vacuum & fatuum videatur tibi quicquam arguere non potest intelligere arguentem, nec te ipsum etiam respondentem; quare non videtur tibi dignus argendum, quàm homini factu, mortuo, bello, sive ligno. Si autem imprimis negaveris mihi istam, Antichristus erit, & hanc similiiter, Antichristus non erit, vei, non Antichristus erit, adhuc credit oppositum positi, iudicis & sequitur. Non Antichristus erit, ergo Antichristus erit, sicut nullus ignorat qui limen Logicae est ingressus, quare & iterum oppositum positi consequitur. Præterea si utramque illarum negaueris, concedes inter contradictionia medium reperiri, quod omnes Sophistæ, Logici, Philosophi, & Theologi dereliquerint; quod & Philosophus 4. Metaphys. 27. multipliciter reprobat & condemnat; qui & 29. scilicet vlt. Eft, inquit, neesse contradictionis partem alteram esse veram; vbi & immediate subtingit, Amplius si omne aut dicere aut negare est neesse, utraque falsa esse impossibile est. Item Antichristus erit vel non erit; ergo Antichristus erit, vel Antichristus non erit; ergo illa est disiunctiva vera, ergo & altera partium. Item tunc nec Deus, nec Angelus aut Propheta scribet Antichristum, nec quicquam possibilium contingenter esse futurum diuisum vel non futurum, sed tantum esse futurum vel non futurum coniunctum, sicut & scit quilibet idiorum; quare ex omniis præscientia penitus tolleretur, sicut hæc opinio coincidit in secundam 13. huius de-structam. Hanc etiam opinionem expresse refellit Boëtius 5. de consolatione philosophiæ: prosa terria; vbi & comparat eam ridiculos vaticinio Tiresias dicentis: Quicquid dixero, aut erit aut non erit: de quo Tiresias Ouidius 3. Muthologæ sua plenius fabulatur. Item iste auctus liber & contingenter productus nunc est, & non semper fuit, ergo aliquando fuit futurus, ergo tunc verum fuit ipsum esse futurum. Item si quis heri dixisset me hodie locuturum, verū E dixisset, sicut exitus rei probat; hodie namq; loquor: dixisset enim totaliter sic fuisse futurū, sicut realiter nunc contingit; ergo verū dixisset; & si oppositum eius dixisset, falsum dixisset, eo quod non sic realiter euenerit, iuxta illā propositionē in prædicamentis communem; in eo quod res est, vel non est, oratio vera vel falsa dicuntur; & peri hermenias vlt. Similiter orationes vera sunt, quemadmodum & res. Et Ier. 28. Propheta qui vaticinatus est pacem, cùm venerit verbum eius, scietur Propheta quem miseri Dominus in veritate. Et Ezechiel 5. Cùm venerit quod prædictum est, tunc scient quod Propheta fuerit inter eos. Et Deut. 18. Hoc habebis signū, quod Propheta prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non locutus est, sed per timorem animi sui Propheta confusus. Item tunc nullus deberet credere, nec sperare ali-

quid

libere

Philosophus.

Ieremias.
Ezechiel.
Deuter.

C A P. 18.

De Causa Dei.

693

A quid tale futurum: fatuum namque videtur & fruolum quemquam credere vel sperare quicquam futurum, quod bene sit, aut firmiter opinatur non esse verum quod si futurum: quare nullus debet credere vel sperare quod ipse vel aliquis hominum morietur, resurget, aut vitam percipiet sempiternam. Item hæc opinio tollit omnem motionem & actionem liberam, & meritaria successivam. Nam secundum eam in contingentibus talibus nihil est futurum; ergo nullus terminus ad quem morit, nec aliquod muratum esse; quare nec nullus morit est, nec etiam esse potest, quod totam scientiam moralem subvertit, immo & totam scientiam naturalem, & omnem scientiam moris vel tempore indigenter, sicut & opinio Sophistarum, vel omnipotentiam aut libertatem diuinam, aut subvertitur per ipsas: omnis namque motus subiaceat omnipotenti Dei liberae voluntati, sicut 9. primi & 30. secundi ostendunt; ergo in motu & tempore est aliquid liberè & contingentiter futurum respectu voluntatis diuinae, quod opinioni repugnat, vel si nihil tale sit liberè & contingentiter futurum respectu voluntatis diuinae, aut ipsa nequaquam liberè libertate contradictionis de futuris disponit, aut si sic disponit, potest susponere aliter, sed non habet potentiam exequendi. Amplius autem secundum istam sententiam, nulla propositio de futuro esset vera, aut esse posset nisi propositio necessaria; quod Logica, Philosophia, Theologia, & omnis vera scientia reputat esse fallitum. Quare & Robertus Cantuariensis Archiepiscopus damnavit Oxoniæ articulum afferentem, quod omnis propositio vera de futuro est necessaria. Quod autem à Philosopho allegatur, Nullam scilicet propositionem de futuro contingentem esse veram vel falsam, verum est secundum communiter exponentes determinatè & de necessitate, sicut est in propositionibus alijs temporum aliorum.

B

C A P. XVIII.

Redificat septimam opinionem dicentem, quod aliquid potest incipere esse futurum.



Patio septima confitetur, quod aliquid potest incipere esse futurum, velens per hoc vitare difficultatem præactam. Hanc autem opinionem audiui à quodam famoso Doctore, qui & dixit illam fuisse communem in quadam Vniuersitate solennissima, qua studebat. Sed hæc opinio fallitur in duobus: Primo, quia fundatur in falso: Secundo, quia non innatur per illud: Si enim aliquid possit incipere esse futurum, ponatur quod A. incipiat in B. instanti futuro, esse futurum; ergo A. incipiet in B. esse futurum; ergo A. est post B.; ergo A. est futurum, cuius oppositum ponebatur. Si autem dicatur, quod ista de futuro A. incipiet in B. esse futurum, non est vera, nec vñquam erit, quia nec ante B. nec post B. nec in B.; sed hæc de præsenti, A. incipit esse futurum, erit vera in B. contradicetur hoc modo. Si hæc, A. incipit esse futurum, erit vera in B. ergo ipsa est futura vera in B.; ergo futurum sic est realiter in B. sicut ipsa significat, vel significabit in B. ergo || esse futurum est in B. A. incipere esse futurum, ergo in B. A. incipiet esse futurum. Item ponatur B. præsens, tunc hæc est vera de præsenti, A. incipit esse futurum, & ita similiiter, hæc inceptionis est, vel ergo hæc inceptionis fuit futura vel non: si fuit futura, ergo ante B. verum fuit hanc inceptionem esse futuram, & quod hæc inceptionis erit; ergo & tunc verum fuit, quod A. in B. incipiet esse futurum: Si non fuerit futura, ergo aliquid est præsens quod nñquam fuit futurum, quod est contrarium rationi, & capitulo proximo reprobatur. Si enim hæc inceptionis præsens nunquam fuit futura, nunquam fuit præscita à Deo; & si quis heri dixisset, quod hæc inceptionis erit, fallitum dixisset; & si quis dixisset, quod hæc inceptionis nunquam erit, verum dixisset, cùm tamen non fuit secundus, sed fuit primus prædictus, realiter nunc contingat: Immò sequitur, atabo contradictionia fuisse simili vera. Nam per hypothesim, hæc semper fuit vera, Hæc inceptionis non erit, quia nunquam fuit futura; & hæc fuit vera, Hæc inceptionis erit, quia si quis eam dixisset, verum dixisset, sicut exitus rei probat, & præscientia Dei monstrat: aliter enim nullam præscientiam huius habebat, vel falsam. Et si unum aliquid sit præsens sine futuritione præmissa, quare non quodcumque? Sicutque reconciliabitur opinio Sophistarum: huius perpetuo condemnata. Præterea hæc responsa propriam hypothesim permit

E

permittit vel perimetur ab ea. Si enim hæc non est vera, A. incipiet in B. cùt futurum; eadem ratione nulla talis est vera, nec etiam potest esse; quia si posset, ponatur inesse, & revertitur argumentum. Si ergo nulla talis potest esse vera, nihil potest incipere esse futurum in aliquo instanti futuro, quare nec unquam: aut si quid quod nunc non est futurum potest incipere esse futurum in aliquo instanti futuro, ponatur in esse, & revertitur difficultas. Si enim aliquid nunc non futurum, in aliquo instanti futuro incipiet esse futurum, ergo post aliud instantis futurum erit; ergo erit, ergo est futurum, ergo aliquid non futurum est futurum. Item nulla est causa possibilis assignari, quare aliquid incipiat potius esse futurum in uno instanti quam in quolibet alio; ergo in quolibet, vel in nullo. Si autem aliqua certa dispositio causa illius futuri assignetur pro causa diversitatis premisse, illa statim tolletur, supposito quod effectus futurus sit semper futurus contingenter & qualiter donec fiat, sicut est de actu libero voluntatis, quæ longo tempore potest manere in æquali dispositione, in æquali indifferentia, in æquali indeterminatione per omnia inter duos actus contrarios omnino æquales, circa duo obiecta omnino æqualia, sicut quod comedat vel bibat, vel de duobus cibis æquilibus incompossibilibus quæ capiat hunc vel illum, & tandem utrumlibet eligere liberè, scilicet hunc vel illum, sicut quartum huius cum sequentibus manifestat. Si autem dicatur quod nihil incipiet esse futurum priusquam determinetur per certam dispositionem in sua causa, quæ sit necessaria respectu illius, sequetur quod omne futurum de necessitate eueniet, quod duodecimum huius damnat. Item si aliquid incipiat esse futurum per aliquid tempus, puta per annum, antequam fiat, eadem ratione aliquid potest incipere esse futurum per minus tempus antequam fiat, puta per mensum, & eadem ratione per septimanam & per diem, & sic tandem eadem ratione potest omne tempus auferri: eadem enim est ratio de toto & de parte: quare erit possibile aliquid esse præsens quod nunquam fuit futurum, quod est superius reprehobatum. Item si unum futurum incipiat esse futurum, ergo eadem ratione & aliud, & quocunque; ergo tempus non est æternum: aliquid enim est remotissimum instantis futurum, illud scilicet quod nondum incipit esse futurum; ergo post illud non est aliquid instantis futurum, quia non incipit, nec incipit esse futurum; ergo & post illud non est tempus futurum, ergo post illud instantis non erit instantis nec tempus. Item de quocunque futuro quendam dixisset quis illud esse vel fuisse futurum, verum dixerit, & dicens eius oppositum falsum dixisset; ergo omne futurum semper fuit verè futurum, ut capitulum proximum arguebat. Item si futura non semper fuerint futura, non semper fuerint praefixa à Deo, nec æternaliter prædestinata ab eo, contra 6. & 45. primi, imò de necessitate sequetur, quod aliquid incipit præscire & prædestinare futura, ergo est mutabilis, quod non patitur 5. primi, nec in principio mundi scimus quid esset facturus in fine vel in medio tempore, quod non decet. Vnde Elaias 46. Redite præuaricatores ad cor, & recordamini prioris facilius quoniam ego sum Dominus annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ nondum facta sunt, dicens, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fieri. Et Psalmo 18. initio, Cognoui de testimonij tuis quod in æternum fundasti ea. Et Psalmo 138. Intellexisti cogitationes meas de longe. Quād longè? Ecce, Domine, tu cognovisti omnia, nouissima & antiqua. Quare & Augustinus 3. de libero arbitrio 3. ita dicit: Hodie præscit Deus quod post annum facturus est; Et sequitur: Semper hoc præscivit: Dicitur Philosophus 1. peri hermenias vit, quod non differt, si aliquis affirmauerit vel negaverit aliquid in 1000. annum magis quam in quolibet tempore. Item si aliquid potest incipere esse futurum, eadem ratione aliquid futurum potest desinere esse futurum absque positione eius inesse. Si namque A. nunc incipiat esse futurum, hoc est pròpter aliquam causam seu dispositiōnem in causa nunc posita, quæ prius non possebatur, vel non sic possebatur; ergo si causa vel dispositio illa tellatur, non posito A. in esse, A. definit esse futurum ab illo positione eius in esse: sit ergo A. nunc futurum & in B. instanti futuro, definat esse futurum sine positione eius in esse; tunc in B. sicut & semper ista consequentia erit bona, A. fuit futurum, & nunquam fuit, nec est; ergo A. est futurum, & antecedens erit verum in B. ergo & consequens; ergo in B. A. erit futurum post B. Iterum sic ad idem A. est futurum; ergo A. erit, & non ante B. nec in B. ergo post B. exego in B. A. erit futurum. Amplius ad hoc idem: Sit A. nunc futurum, & sine positione in esse & in B. instanti futuro definit esse futurum, & maneat non futurum per aliud certum tempus, quod sit C. adhuc post illud tempus Deus potest facere A. esse præsens, ergo & futurum: potest enim restituere omnes causas A. cum omnibus dispositiōnibus earum, pròpter quas A. fuit futurum ante B. ponatur ergo quod faciat, & sequetur quod A. incipiet esse futurum in aliquo instanti post C. tempus; ex quo ulterius consequetur quod A. erit vel fuit futurum duabus instantibus seu temporibus mediatis, & quolibet instanti seu tempore medio non

II aunc

Elaias.

Psalms.

II 7000.

A non futurum nec præsens, quod est irrationabile penitus & absurdum. Nec istud difficultatem evitatur. Postquam enim quicquam incepit esse futurum, & certitudinaliter præscitum à Deo, vel est possibile illud non euenire, & tunc Deus nequam certitudinaliter præscit illud, imò videtur consequenter possibile præscientiam Dei falli, sicut duodecimo huius erat argutum; vel illud de necessitate euenire, & tunc necessario consequetur, quod omnia quæ euenient, euenient de necessitate penitus & soluta, quod idem duodecimum condemnauit.

CAP. XIX.

B. Castigat oclanum & nonam opiniones, credentes nulla inferioris mundi sub diuina prævidentia contineri, & quod nullà voluntaria seu libera per Dei prævidentiam disponantur.



